dæ præceptis,ea ſcilicet ſui parte,qua de parum firmis actionibus diſputat: non enim profectò ea, E
qua de perditis,ac vitioſe functis agit. Quippe pars illa à ſanitatis tuendæ cõtemplatione planè ſeiuncta eſt. Imbecilla vero actio,prout magis minus ue talis eſt,aut ad ſanitatis tuendæ, aut ad medendi tractationẽ pertinet: leuiter qdem ipedita ad priorẽ: grauius ad poſteriorẽ. Diſcerniſ vtraq; ex eo,qp à conſuetis actionibus obeũdis pp noxæ magnitudinẽ vel deſiſtatur,vel non deſiſtatur.

De ratione curandi,cum intemperies,humoresq; in cauitate,ac in ventriculi tunicis contenti coniunguntur: ac de indicationibus,quæ curandi initium ſibi vendicant. CAP. 12.

DIctum aũt & de his eſt in opere de ſanitate tuenda: quo vtiq; celerius tranſeunda eorum tractatio nunc eſt,præſertim omni methodo,qua ventris intẽperies ſint curandæ,iam perſcripta,ſiue hæ firmiũs ei ex mora inhæſerint,ſiue lẽuius. Nec vero illud latere puto, eẽ aliqñ miſtum * καθ' ἕξιν
ex tribus iam dictis ſimplicibus in ventriculo affectum ita,vt & ipſæ ſolidæ partes intemperie laborent,& mali ſucci ita ventriculo ſint infixi,vt eluí ex facili nequeant,& alij in interno eius ſinu contineanť. Põt nanq; interim fieri,vt primus cũ ſecundo conſiſtat: põt & ſecundus vnà cum tertio: põt & primus cũ tertio: ſæpe ẽt oẽs ſimul. Pro quibus methodũ,quam prius de vulnẽribus tradidimus,vbi oẽs affectus ſimul coniunximus,ad memoriã reuocabis: quam nunc quoq; apponere non ſit inutile. Primũ nanq; in eiuſmodi complexu æſtimabis,à quo maxime diſcrimen ægro F
impendere videatur. Secundo loco,quid,quæue ex his cauſæ rõnem obtineãt, & quæ ab ipſis efficianť. Tertio,quæ ſanari ante alia poſsint,& quæ non poſsint: veluti de vlceribus, quæ vnà cum phlegmonis conſtitere,oſtendimus. Vbi nãq; à quoquã affectuũ non leue periculum inſtat,ad id, quod vrget,dirigi primũ curantis cõſilium debet. Vbi aliud efficiens eſt,aliud,quod ab eo efficiť, ipſa cauſa ſpectanda. At, vbi curari hoc ante illud nõ licet,ad id, quod ordo dictat,eſt reſpiciendũ. Atq; in eo quidem curationis conſilio,quod ab vrgente initur,affectus magnitudo perpendenda eſt. Ea triplex eſt,alia,quę ex lęſę actionis præſtantia ſpectať: alia, quę ex propria affectus eſſentia: & tertia præter has,quæ ex facultate,quæ læſum corpus gubernat,æſtimatur. In eo vero conſilio, quod ex cauſæ ratione initur,animaduertendũ eſt, quidnã eorũ,quæ inter ſe coniuncta ſunt,auge re aut gignere reliqua poſsit: quę rurſus ab eo vel gignanť, vel incrementum accipiant: In eo vero, quod ordo præſcribit,quid ante quod,vel quid cũ quo,vel quid poſt quid,ſanari poſsit. Fingatur igitur in vẽtriculum defluere ex cerebro ſuperfluũ quendam humorẽ frigidum,atq; eius occaſione intẽperiem quãdam in ventriculo contractã iam eſſe: adhuc vero ẽt magis malũ iam ſuccũ per totum eius corpus media oĩa ſimilarium particularium ſpatia occupaſſe: In eiuſmodi cõplicatis dignatione maior eſt intẽperies,, ppterea videlicet,qp & ipſa tẽpẽries: propriæ vero eſſentiæ ratione, G * ἐυκρασία.
quodcũq; vtiq; tale fuerit,circa propoſitũ in ſermone ægrũ. Ac ponať ad præſens maximus trium affectus eſſe ſuccorũ,qui in tunicis ventris cõtinenť. Eſto (ſi libet) vt idem quoq; affectus morſus ſenſum faciat,atq; ex eo ipſo animi defectũ & ſudores quoſdam cũ ſyncoptica diſſolutione acceſſat,ita videlicet, vt, quatenus ſupra vires eſt,reliquis ſit maior. Cõſtat igitur primã eſſe adhibendã curam,vt ei,quod vires reſoluit,occurrať. Deinde,qñ oĩum maximum propriæ eſſentiæ ratione hoc finximus,vtiq; ad id primũ te verteris,ac primum id ſanes. Vbi id mediocriter ſe habuerit, ac neq; vires amplius labent,neq; plurimũ vitioli ſucci in ventriculo ſit,tum nimirũ ad cãm accedes, illud pro cõperto habens,non poſſe ad perfectionem vllum affectum ſanari,manente adhuc ipſa, vnde natus eſt,cauſa. Ordo aũt curationis,modo cõtraria inter ſe remedia,ſicut in phlegmone & vlcere,indicat: (oſtenſum nanq; eſt,quæ phlegmonen ſanant,ea maius reddere vlcus) modo alteri affectui nihil nocet,ſicut in propoſito nunc caſu. Qui.n. educit humorem, qui in ſinu ventriculi continet,is humorum,qui in tunicis continentur,alimentum adimit. eque & qui cerebrum ita ſanat,nequam ſenſibilem redundantiam creet,is veluti fontem fluxionis in ventriculum deſtruit. In his ergo ordo curationis cum ordine cauſarum conſentit,quanq; in alijs diſſentit. Cęterũ,quod ex magnitudine ſpectatur,id diſtinguí,prout dictum eſt,debebit. Ac primũ quidem id agendum H
eſt,vt ei,quod maximum eſt,propriam medicamentorum materiem accõmodes: deinde pro cauſarum ordine totum cures. Etenim,cum neq; copia notabilis excrementorum in ventriculo ſit, nec eorum,quæ in capacitate eius continentur,nec eorum,quæ in tunicis,ſed neque mordicatio, quæ viribus officiat,tum omnium primum ſanandum ipſum cerebrum eſt. Ab hoc ſinus ipſe ventriculi vacuandus extergendusq; eſt: poſtea ipſæ tunicæ expurgandæ: poſtremo intemperiei eſt medendum. Dicta vero prius ſunt cuiuſq; horũ medicamenta. Itaq; nec prolixus habendus adhuc ſermo eſt,ſed finis iam libro imponendus. Omnium enim reliquarum partium intemperies ſimiliter ijs,quas in ventriculo propoſuimus,ſanabũtur. Semper enim comparandum remedium eſt, quod ſit affectui contrarium: ac illi remediorum indicatio, quæ à laborantis natura ſumitur, adijcienda: de qua dictum in ſuperioribus iam eſt,dicetur tamen in ſequentibus vberius. Neceſſum vero erit & nunc paucis de ea mentionem facere.

Methodus indicationum,quæ à læſæ partis natura deſumuntur. CAP. 13.

PRima qdem indicatio à laborantis loci tẽperie ſumiť,q̃ calfaciendi,refrigerandi, ſiccandi, vel humectandi,vel aliquid horũ coniũcte cũ alio faciendi,menſuram præſcribit. Secunda ex eo ſumiť,qp actio eius oĩbus animalis partibus ſit cõis,aut qp cõem virtutem ſubminiſtret. Tertia, ab ipſa

A ipſa partis figura. Quarta,ab ipſius poſitura: Cuius portio eſt ad vicinas animalis partes ſocietas. Tum pręter hęc oĩa,ipſa ſentiendi vel acrimonia, vel hebetudo. Ac dicetur quidem i ſequẽtibus de ſingulis horum latius. nunc paucis ea trãſcurramus. Quęcunq; calidiores natura partes ex frigore laborãt,hę & liberalius & diutius calfieri poſtulãt: ſicuti etiã,quę frigidiores natura ſunt, ſi ex calore laborent,refrigerari: & ſiccíores,ſi ex humiditate male habeant, ſiccari: Ad eundẽ vero modum & humectari,quę humidiora naturaliter ſunt, vbi ex ſiccitate laborant,tum vberius, tum diutius poſtulãt. Quippe eatenus redeat ad naturã eorum quodq;,neceſſe eſt,quatenus à natura receſſit: ac, veluti quadã via, retroferať,quæ in diuerſum agat ei,quę facta in ipſo eſt,trãſmutationi. Contra vero pars,quæ calidior natura eſt,ſi calido morbo ægrotat, exigua†-{breuis've tẽporis}-refrigeratione eget: ſicut,quæ frigidior eſt,calfactione. Ad quẽ modũ in humidis quoq; & ſiccis ſe habet. Sigdẽ paruus eſt in eiuſmodi in id,quod pter naturam eſt,lapſus: quare et rurſus in id, quod ſecundũ naturã,reditus. Vnde ẽt minus periclitanť,quícunq; cognato naturæ ſuæ morbo laborãt. Non latet vero, & qp, ſicubi coniugatæ intemperies inciderunt, eatenus hæ reduci ad naturã poſtulant,quatenus à natura receſſerunt. Atq; ita quidẽ à temperamento laborãtis partis, auxiliorũ indicatio ſumiť. Ab eo vero, qp actio eius oĩbus animalis partibus vtilis ſit,aut paucis

† καὶ ὀλιγοχρόνιου est in antiquis. i. breuisq; temporis.

B qbuſdã,aut vni ſibi,in ijs intẽperiei generibus,quę abſq; humore infeſtant, vtiq; nihil ex hac indicatione ſumitur. Nã & refrigerari,& calfieri,& ſiccari,& humectari, & p cõiugationẽ quiduis horũ pati ſingulę particulæ pro morbi portione requirunt. In ijs tñ,quę ex humoribus ſunt ortæ, ſi particula ſoli ſibi inſeruiat,audacter vacues,licet,prout affectus ſuadebit,ſed tñ etiã virtuti attẽtus: Sin neceſſarium opus eius ſit oĩbus animalis partibus,veluti ventriculi, & iecinoris,nõ leuis habenda ſolicitudo de robore virtutis eſt,ne hãc magna ſemel vacuatione vſus diſſoluas. Eſt porrò cõmune opus,& venarũ,& arteriarum,& cordis,& thoracis,& renum,& vtriuſq; veſicæ, tum eius,quæ lotium excipit,tum eius,quæ bilem,cum vaſis etiam,quæ ab vtraq; procedunt. Cerebri vero opus,cum ſani ſumus,ad volũtarias actiones neceſſariũ eſt,ijs.ſ. inſtrumentis,qbus eiuſmodi actiones obimus: Cum ægri ſumus,neceſſarium nõ eſt,niſi ijs tm̃,quæ ad reſpiratum ſunt deputata. Reliquorum vero organorum actio certe non eſt: miniſterium tñ eſt ad vitam neceſſarium, veluti pulmonis,& aſperæ arteriæ,& faũcium. Ergo ex eiuſmodi particulis quãprimum vacuare redundantiam licet,prout voluerís. Ex vẽtriculo vero,& iecinore vtcunq; vacuare non licet, ſed cum cautione,vt nequid virtuti officias. Quoniam aũt non par eſt actionũ dignitas ad ægros ſeruandos,ſed aliæ magis his,alię minus vtiles ſunt,vtiq; ad portionẽ actionũ dignitatis etiã cuiuſq; * φάρυγγος.

C partis proſpiciendũ eſt robori. Maxima igiť eſt cordis officij dignitas,atq; ęgrotantibus maxime oĩum neceſſaria. Cerebri vero ad vitã quidem par eſt momẽtum,non tñ par robur eius in ægrotis requirimus,cum neceſſe oĩbus non ſit neruorum ac muſculorum opera vti. Itaq; abunde fuerit, ſi tm̃ eius ſeruatum ſit,quo reſpirationis munus ſit obeundũ. At vero iecinoris opus oĩbus particulis perneceſſarium eſt: non tñ adeo ſaltem perpetuam neceſſitatẽ habet,ſicuti ipſius cordis. Ad portionem autẽ iecinoris,etiã ventriculi opus ſe habet. Intelligens ergo oĩum particularum tum functiones,tum vſus,quos in alijs commentarijs tradidimus,haud difficulter inuenies,quatenus cuiuſq; robur cuſtodiri oporteat. Ad eundem vero modum,& quęcunq; partes alijs authores facultatum ſunt, harũ quoq; robur ſeruare decet pro facultatis earum vſus portione: quo videlicet aĩalis partibus ſubminiſtrent. Sanè de his particulis illud, arbitror, didiciſti, cerebrum neruis ac muſculis, cor arterijs, iecur venis ſuppeditare virtutẽ. A figura vero indicatio ipſius modi vacuandi excrementi ſuggeriť, ad hunc modum: Ventriculus vomitu deiectioneq; inanitur. Inteſtina deiectione tm̃,ſicuti etiam iecinoris caua. Renes vero,& veſica,ac iecinoris gibba, ſi multo vitioſo ſucco ſunt referta,†-{per deiectiones, & pharmaca deiectoria (Catoterica Græci vocãt)}- expurgãtur: ſin mediocri,per vrinales meatus: Cerebrũ vero p palatũ,& nares,& aures: Pectus &

† διὰ τῶν ὑπηλάτων τε καὶ κατωτερικῶν ὀνομαζομένων φαρμάκων. i. p medicamenta deiectoria, quę græce hypelataq; & catoteri ca noĩantur.

D pulmones per aſperam arteriã,et fauces. A ſitu indicatio dabitur tum ad ſolidarũ intẽperies,tũ aũt ad ſuccorũ vitiũ ſanè non leuis. Nã,qui per ſumma corporis intemperie laborant, ijs medicamenta,quę intemperies requirit,applicabimus. Quibus aũt in pfundo corpore intemperies eſt, in ijs rõnẽ interualli inſibimus. Si.n. medicamentis ijs vtere,quæ intemperies requirit,vtiq; multo imbecilliora,q̃ pro vſu tuo,ad locũ affectũ peruenient. Iam ad vacuationes quoq; nõ nihil ſitus indicat,dum ſocietatẽ laborãtis particulæ cum alijs docet. Nam,niſi illud cõpertũ haberemus,qp cauo iecinoris ſubijcitur ventriculus,& ieiunum: tum quod ieiuno ipſi tenue inteſtinum ſuccedit: id vero colon excipit: ac colon,quod appellant rectũ,vtiq; inueniſſe illud nõ licuiſſet,qp iecur & p aluum,& per vomitũ expurgari poſſit. Cæterũ aptior ſit prior vacuatio,tanq̃ vſu iam callentibus inteſtinis iecinoris ſuperflua tolerare. Nõ ſpernenda vero indicatio eſt & ea,quam ſenſus partium acuitas hebetudoq; ſuppeditant: qñ omne medicamen contemnunt, quæ tardi ſunt ſenſus, ẽt ſi nõ leuiter mordeat. At,quę acuti ſunt ſenſus,eorũ vires dolore reſoluuntur. Expedit igiť,has nec cõfertim,nec ſemel valentibus auxilijs mederi tẽtes,ſed tutò potius in tẽpore. At, vbi tardus eſt ſenſus,in his etiam celeriter obire, quod iuſtũ eſt, licet,ſemel vſis remedio, quod ſit idoneum. Verum,quod ſupra dixi†-{de horũ indicatione,}- latius diſceptabitur in ſequentibus,idq; eo pcipue loco,quo de tumorũ præter naturam curatione agemus.

† Ar. ex antiqs. ὑπὲρ τῆς ἀπὸ τῶν τόπων ἐνδείξεως. i. de indicatione, quæ a locis ſumiť.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER OCTAVVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Absoluit vniuersam curandi rationem, quæ Diarijs febribus debet adhiberi.

De communibus differentijs atq; indicationibus febrium curandarum. CAP. I.

VEmadmodum vero febres quoq; nõ secus, ꝙ̃ alij morbi, qui ex intemperie in nobis consistunt, quosq; in præcedenti libro narraui, methodo curentur, tẽpestiuum nunc dicere videtur. Quòd igitur, Eugeniane charissime, simpliciũ ac primarum partium (quas Aristoteles similares vocat) natura ex calido, frigido, humido, & sicco inter se mistis constet, vno volumine ostẽdimus, in quo de elementis secũdum Hippocratem disputauimus. Quòd vero ex eo, ꝙ hæc calidior sit, illa frigidior, vel humidior, vel siccior, vel simul horum aliquibus copulatis affecta, simplices ac primæ particulæ inter se differant, id in libro de temperamentis est assertum. At in libro, quo de morborum differentijs agitur, duo in vniuersum esse morborũ genera, quæ in simplicibus animalis particulis oriantur, docuimus: Alterum, quod etiam secundis, & compositis, & instrumẽtalibus sit cõmune (vocauimus autem id vnitionis solutionem): Alterũ ipsarũ peculiare, quod in calidi, frigidi, humidi, & sicci intemperie consistat: Elicẽ aũt ex intẽperantijs ipsis, quæ quidẽ in vna sunt contrarietate, simplices: quæ in ambabus, cõpositas. In ea itaq; quæ est inter calidũ et frigidũ, oppositione duas esse simplices intẽperies: Alteram, vbi quicq̃ tãto efficitur, q̃ante erat, calidius, vt eius lædatur actio: Alteram, vbi pari modo inualuit frigidum: In ea vero oppositione, quæ est inter humidum & siccum, alteras etiam geminas, nẽpe humidam, & siccam: Copulatis vero inuicem simplicibus, alias existere quatuor, humidam & frigidam, humidam & calidam, siccam & frigidã, siccam & calidã. Traditæ vero sunt & causæ, quæ has intemperies generent, in alio libro, in quo morborum causas reddidimus. Sanè vnus quispiam morborum est, qui per intemperiem fiunt, & febris, vtique cum adeo immodice auctus calor est, vt & hominem offendat, & actionem lædat: qñ, si neutrum adhuc efficiat, quantumvis sit homo nunc, ꝙ̃ ante, calidior, non tñ febricitare eum monstrauimus. Quoniam autẽ, quicquid præter naturam in nobis oritur, siue speciale nomen sortitum sit, siue generale, id extra corpus non est, sed tum phlegmone, tum pleuritis, tum morbus, tria simul in vno consistunt corpore, verbi gratia, Dionis: indicat aũt & horum quodq; propriam indicationem æque profectò, vt eius, quod maxime oĩum speciale est, ipse differentiæ: ob hæc vtilius visum est seorsum de febriũ differentijs tractare, quò oĩbus prius præparatis sermo nobis hoc loco citra omnem eorũ, qui parum recte de ijs scripserunt, refutationem absolueretur. Reuocemus igitur ad memoriam discriminis earum capita, quò propriam ex vnaquaq; indicationem sumamus. Est igitur vna earum differentia illa, in qua causa adhuc adest febrim creans: aut febri excitata iam desiit. Altera vero, qua vel (vt Græci loquuntur) hectica febris est, quæ iam facta est: vel etiã (vt aliquis eorundem dixerit) schetica. Nam, qm̃ eos affectus, qui facile discutiũtur, ἐν σχέσει græce vocant: qui tales non sunt, ἐν ἕξει: cõcedẽdum est, dilucidioris doctrinæ causa, etiã febrium ipsarũ eas, quæ ægre discutiunt, hecticas: quæ facile, scheticas nominari. Dicendumq; febriũ alias facile solubili affectu esse, perinde vt calfactum in Sole lignum: Alias difficile solubili, veluti quod igni eatenus excalfactũ est, vt iam accendatur, & fumũ edat. Hæ sunt primæ febrium differentiæ. Quas vbi cum summis primum indicationibus iunxerimus, mox ad magis illis speciales veniemus. Prima enim omnis febris idicatio, veluti à morbo, est, ablationem eius præscribens: Secunda vero ceu abs tali est morbo, quæ nõ absolute sublationem, vt prior, sed certam quandam sublationem indicat. Nam, cum febricitãtes ex intemperie laborant, necesse est sanationem quoq; eorum intemperãtiæ depulsionem esse. Omnis aũt excessus per contrarium excessum sanatur. Etenim id quoq; ante est ostensum. Quare febrilis quoque intemperantiæ excessus per contrarium excessum sanabitur. Est autem febrilis intemperantiæ excessus in caloris abundantia. Huic ergo ad tẽperamẽtum via erit per id, quod refrigeret. Itaque, si iam præsens febris est, sed causa, quæ eam excitauit, iam desiit, huc tm̃ sanandæ eius consiliũ dirigetur, vt refrigeretur. Quare quærenda nobis talis materia est, quæ cum redundante calore paria refrigerando faciat. At, si in generatione adhuc febris est, causa, quæ eam accendit, submouẽda est. Sin pars eius iam genita est, pars in gignendo adhuc est, vtrique consulendum est: Primũ quidem submouendo, quæ eam accẽdit, causam: deinde extinguendo, quæ ab hac accensa est, febrẽ. Ergo, nisi quis ad vnguem memoria teneat, & quę causæ febres generent, & in quo cuiusque corporis affectu, is nunquam methodo febri prospiciet.

De ratione

* εὐκρασίαν.

* γεγονώς. i. genita.

A *De ratione curandi febrem diariam ex meatuum constipatione in calidis & siccis naturis, ac aduersus eos, qui hac febre correptos tridui inedia excruciabant.* CAP. 2.

DIctum nanq; est in ijs corporibus meatuum constipationem febrẽ excitare, in quibus, quod transpirat, halituosum non est (Atmωdes Græci dicũt) cuiusmodi visitur in ijs, qui boni sunt succi, sed mordax & acre, fumo fuligini've non absimile. His igitur corporibus saluberrima est ex aqua dulci & temperata lauatio, tum frictio, quæ rarefaciat, & exercitatiões mediocres, & victus, qui dulces efficiat succos: Aduersissima vero sunt lauatio frigida, & aluminosa, & lauationis absti nẽtia, & exercitatio acuta, & frictio vel planè nulla, vel dura, & victus mali succi, & vigiliæ, & ira, & tristitia, & cura, vstioq; in Sole, & fatigatio. Verum de reliquis post dicam. De stipatione vero meatuum, vnde digressus sermo est, liquido scire licet solam eam, si reliqua omnia desint, accendere febrem posse. Si itaq; eiusmodi naturas à conuenientibus sibi lauationibus prohibeas, protinus febricitant. Vidisti aũt profectò, quo tempore Romæ nobiscum egisti, aliquos ita laborare. In quibus, qui mirificam diatriton transmittere eos in cibi inedia censent, ipsi difficillimas febres faciunt: qñ protinus in primę accessionis inclinatione, in balneũ eos ducere oportebat, ibiq; sinere crebro, si vellent, nedum semel, aut bis, lauare. Ego nanq; reliquis omnibus omissis, eũ tibi

* κακοηθεσάτους.

B in memoriam reuocabo, qui in aquis aluminosis (quæ Albula vocant) lauerat, ac ex eo cute densata, post cœperat febricitare. Quippe satisfaciet is pro claritate sermonis nostri, veluti exemplum. Sanè hominem inuisebant medici quidam non incelebres, alter Erasistratius, alter Methodicus. Visum aũt est ambobus hominem à cibo continere. Quod tñ nos, cum post illos digressos superuenimus, non permisimus, sed statim in balneum perductum, & tepẽti oleo largissime perfusum, tum blandissime perfrictum, ꝙ plurimũ temporis in calidi solij aqua versari iussimus. Mox egressо, ac frigida ex consuetudine vso, tum sindone cooperto, considere paululum ad vires recreãdas præcepimus. Postea denuo in balneum perducto, ac rursus similiter tum vncto, tum perfricto, ac in calida morari iusso, dein rursum educto ac frigida merso deterſoq; exhibuimus cibum protinus quidem, vt egressus est, atq; aquam bibit, ptisanæ cremorem, dein paruo interuallo lactucam, ac post hanc ex simplici albo iure piscium aliquid eorum, qui molli sunt carne: cuiusmodi saxatiles sunt omnes, & asselli, quos vocant. Porrò non alienũ sit, quò nihil narrationi desit, omnia recẽsere. Tempus anni erat, quo hæc agebantur, paululum post caniculares, quos vocant, dies. Homo ipse circiter quinq; & triginta annorum, colore nigello, & habitu corporis gracili, atq; hirto: tum qui tangentibus, etiam cum valeret, manifeste calorem exhiberet mordentem. Vrinas quoq; ha-

C bebat abunde flauas, ac, si plusculum cibo abstineret, etiam mordentes. Aluus assidue sicca erat. tũ, quæ excernebat, exigua acriaq; & sicca. Mores animi ad iram & cogitationem propensi. Ipse pauci omnino somni, et q ppetuo de vigilijs quereretur. Hic quodam loco, quò negociorum gratia concesserat, Albulis (quæ haud longe aberant) est vsus septima (vt aiebat) diei hora, ac ter quaterq; se lauit, salubriter sibi consuluisse ratus. Hinc quoq;, vbi rursus in agrum se recepisset, ac cibum sumpsisset, & paululum indormisset, venit ad vrbẽ sero vespere: vbi destitutus idoneo balneo, nocte febricitauit. Cum aũt tertia ferè diei hora contemplati eũ medici essent, iusserunt non eum modo diem, verũetiam posterum totum per inediã transigere, quò tertiæ diei noctem obseruarent. Atq; his dictis abierunt. Nos tum lauato, tũ, vt prędictũ est, cibato ministris præcepimus, si medici vesperi venirent, quiescere hoiem dicerent: eosq; statim remitterent, ac postridie mane redire iuberent. Vt vero abierunt, rursus hoiem simili modo lauatũ, ac cibatum, ijs ipsis, quæ egimus, dormire probe fecimus. Accedentes aũt mane postridie medici, censuerunt etiam eo die cibo illi abstinẽdum, etiam si q̃ maxime sine febri prorsus esset. Illo vero promittente se facturum, quod iuberent, scis, quantus illis digressis risus sit excitatus: quem nos paulo post superuenientes deprehendimus. Nõ fugit vero, nec quomodo cum laborante ipso sit actum. Nam, qm̃ (inquam)

D cũ valeres, bis lauare solebas, ac medici cibũ tibi oĩno circũcidunt, nec illis iure in totũ obsequendum esse, & aliquid eorũ, qbus per sanitatem es vsus, immutandũ arbitror. Eo vero putante me sibi suadere, vt lauaret qdem, sed nõ bis: tum paratũ se affirmãte, quicquid iusserim, exequi, ergo (inquam) neq; inediã tolerabis, neq; lauabis bis. siquidem & laborasse mihi videris iam triduo, & calfactus vehemẽtius à Sole fuisse. Propter igitur laborem (inquã) & vstionem, vnã te adijcere lauationem ad duas oportet, ac ter mihi audientem lauari, qm̃ id mihi facturum te pollicitus es. Ille subridens, dura (inquit) imperas. Cæterum, qm̃ stare pactis est iustũ, faciam, quæ iubes. Quæ vero medici post hæc egere, nosti planè, quanto erant digna risu. Bis iam lauatus fuerat, pransusq; dormierat, cũ circa occasum Solis ministrorum quispiã adesse medicos nunciat. Hic vero febricitare se simulat: ac veste circũdatus inuõlutusq;, quo minus bibisse vinũ ab ipsis deprehenderetur, ami

* ὥστε πραφεῖς.

co cuidam mandat, medicis, siquid percontentur, pro se respondeat. Erant autem de more, vbi involutum curiose hominem etiam cum capite viderent, primum illud solenne ipsi rogaturi, quota hora accesio inuasisset. Cum autem amicus respondisset fermè ne vnam quidem integrã, ex quo cœpisset, intercesisse horam, cum horrore'ne, an frigore cœpisset, rogant. Eo cum horore respondente, tangunt hominem iam corpore propter risum, & operimentum madentem. Itaque, vbi hominem laudassent, q̃ sibi obtemperasset, nec quicq̃ ante tertiæ diei accesionem deli-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

quisset,ob id ipsum(inquiunt)nunc te deseruit horror,estq; sudoris indicium,ac multa humiditas circa cutem:quæ haudquaq; euenissent,nisi inediam tolerasses,& triduum transmisisses.Iussis igitur propinquis,siquæ guttulæ illi manarent,diligenter detergerent,ne frigore afficeretur, tū mane se redituros præfati discedunt,ne tum qdem post sudores iusso homine nutriri. Visæ nanque sunt illis noctes eo tempore breues, vtiliusq; esse postridie mane nutrire. Digressis igitur ipsis, perfusus sudore iuuenis,ita,vt inuolutus vestibus fuerat,in balneū cucurrit,ac tertio lauit:& similiter est cibatus. Postridie prius, quàm aduentarent medici,egressus domo dedita opera est,ne se deprehenderent. Itaque, cum paulo post venirent,& egressum intelligerent,mirati inter se sunt, quid tandem hominem egredi subegisset iam bidui passum inediam. Ergo,si hoc vno male ab eiusmodi medicis ægri afficerentur,q; pluribus diebus in cubilibus detinerentur,cum liceret sine intēpestiua hac inedia multo citius ad consueta vitæ munia redire,esset profectò vel id pergraue: Verum longe grauius est, quod accidit. Cum.n.memoratæ naturæ,vbi sub tali victu reguntur, grauissimis occupentur febribus, qui hunc iniungunt medici, nihil mihi à carnificibus differre videntur. Non.n.veluti qui humidi, ac boni succi sunt,vbi in febri diaria transmittere mirificam diatriton coguntur,vnum id tm patiuntur incōmodum,q; frustra cruciantur, sic etiā naturæ iam comprehensæ:immo ex longiore inedia acerrimis acūtissimisq; corripiuntur febribus: à quibus promptus est in hecticas transitus: atq; ab his rursus in torridum marasmum:aut,si os ventriculi facile iniurijs patet,†{in eum,qui Syncopē,id est animi defectum,infert.} Audisti enim subinde non nullis talium medicorum dicentem me, licere ipsis euidenter intelligere,quantum mali cōmittant,dum eiusmodi naturas in inedia custodiunt,si velint,dum sani omnino sunt,biduum eos inediam iubere tolerare.Cernent.n.ilico febricitantes, idq; ob nullum profectò aliud, q̄ famem. Siquidem, cui nec fuberat prius quicq; in corpore,quo grauaretur, nec quicq; illi interim accessit extrinsecus nouí,is planè ex inedia febricitauit. Quando enim(vt dictum est)non vnus,alter've sic intemperatorum,sed planè oēs,vbi inediam tolerarunt,& balnei solio abstinuerunt,febri corripiuntur,ne vel leuis qdem amplius relinqui nobis suspicio potest, quasi ob aliud quippiā & nō inediam febricitarint. Quibus nanq; in corporis temperatura siccum præualet humido, & calidum frigido,his corporis habitus gracilis,hirsutus,& nigrior est, ac reliquis† {tribus intemperamentis,quę hoc sunt minus calida,} tactu calidior aduertitur:plurima quoq; his flaua est bilis,vrinæq;,ac deiectio bili fatura, & pulsus magni, & somni leues & pauci,&{animi impetus} vehemēs. Ergo recte horum Hippocrates tum generalem victus formulam, cuiusmodi esse cōueniat, tum,quot ac qualia symptomata in eiusmodi homines incidant,non solum vbi totum diem in cibi inedia transegerint,verumetiam vbi altero cibo,qui pro prandio datur,abstinuerint,prodidit. Quippe in sexto de populatim grassantibus morbis ita inquit:In calida natura refrigeratio, aquę potio,quies.In libro autem de acutorum victu,quem aliqui† {Gnidijs sententijs adscribunt,} cū de ijs disputat,qui solitum prandium dimittunt,etiam huius naturæ hominum meminit, Picrocholus eos græce,quasi amaræ bilis homines,ab redundante.s.succo nominans. Habēt vero eius verba se ad hunc modum:Sed &,qui bis die comedere consueuerunt,ij,si non prandent,ęgrotāt: tum imbecilli & infirmi fiunt,ac timidi ad quoduis opus.præterea cordis dolorem sentiunt. Siquidem suspensa illis viscera videntur,& calidum,pallidumq; mingunt, & deiectio vritur. Sunt præterea,quibus os {vēntris} amaricat, oculi cauantur,tempora saliūt, & extremæ partes frigent.Hæc vbi prædixit,mox alia quędam tum de cœna, tum de nocte,ad finem sermonis ait huiusmodi notæ homines (quos Picrocholus vocant) tum vnicum in die victum, tum inediam, q̄ alios homines,difficilius ferre,vnam nimirum in eo libro exponens partem eorum, quæ in sexto Epidemion monuit in vniuersum:nempe quod ad victum spectat.Nam refrigeratio, quam calidis naturis suasit,efficiē cum ex alijs quibusdam,tum non minime ex cibi exhibitione. Qui nāq; originalem temperaturam parum moderatam habent,horum insitum calorem, si squalēs acerq; est,cibi mitiorem minusq; mordentem reddunt. Sanè illud non latet, & boni succi,& exquisita debere esse,quæ his exhibeantur,nutrimenta:non tm ea,quæ boni succi propterea, q̄ exiguū huiusmodi substantiæ in se habent,nominentur,ac nutrire nequeant,immo q̄ vtile plurimum in se contineant. Sunt nanq; & maluæ, & brassicæ,& betæ,& lactucæ, & deniq; omnia olera,& frūctus,nutrimenta,cum substantia in his habilis ad alendum contineatur. Verum,sicut in his exiguum est,quod nutrit,non exiguum,quod est inutile,ita in pane puro, & ouis, & carne, & alica, plurimum est, quod nutrit,minimum, quod est inutile.Quòd si id inutile,quod admistū vtili est, præterq̄ q̄ non nutrit,etiam acrem,aut acūtam,aut acerbam, aut amaram, aut denique vitiosam quampiam qualitatem habet,non modo non proprie nutrimenta sunt,sed etiam medicamentosę facultatis non parum in se habent.Expedit igitur tales homines illis nutrire cibis,quicunque nec medicamentosam vllam sensu perceptibilē vim habeant, sed nec ipsum, quod nutrit,plurimum: quando hoc quoq;,si exuperat,vitio non caret.Principio nanq; nec,quę in ventriculo eorum agitur, concoctio est exacta,nec,si ventriculus ea superet,quæ in venis obitur,est absoluta. Quòd si hīc quoq; haud magnus sit error,saltem tertiam(quæ singulis partium propria est) difficile fuerit in omnibus illis rite perfici.Conueniet profectò huic,& vt frigidum humidumq; quodam modo

ei nutrimentum

* Al. ξηροτάτοις.i. siccissimis.

† τὰς τὸν συγκοπώδη.i.in syncopolum. syncopolus ât marasmus nō infert syncopā: īmo fit, vbi, q iā syncopa fuerit correpti, ve hementiā qdē periculi euitarint, relictum tī ipsis fuerit aliqd syncopo sæ affectionis. †Nō est in antiquis.

* θυμώδ.

† Ita hñt antiq codices, vt Linacer vertit. Impsi tamē ad dūt χάριν ἀναδόσεως.i. distributionis gratia. Vidi porro hæc verba in margine codicis antiquissimi reposita,vt glossema ac declaratio,cur aceti adiiciatur.

* σρουθοὶ.i. auiculę.

* In antiqs nō inuenitur.

† πρὸς τὰς κνιδίας γνώμας ἐπιγράφουσι.i. aduersus Cnidias sñias inscribunt.

* vēntris, nec in Græco est exēplari, nec forte addendum.

* πάλλονται.i. palpitant.

* ὀπώδεα.

* ὀξέαν.i.acidā.

A ei nutrimentum exhibeas,vbi corpus tum calidius,tum siccius solito est redditum. Quare cōmodissimus huic est ptisanæ cremor ad vnguem coctus,in quo nullum sit superfluum condimentū: vtpote qui & refrigerare, & humectare, ac sine siti seruare hominem potest:cum eo, q̄ nec halituosum,nec humidū,nec siccum detinet excrementū. Voco halituosa,quæcunq; per cutim foris effluere sunt apta:Humida,quæ per vesicam:Sicca,quæ per aluum.Quippe à vincenti in singulis eorum substantia,noīa ipsis imposui. Quòd aūt nullum horum retinebit ptisanæ cremor,manifestum est. Quæ.n.per aluum excrementorum deiectiones sunt, eas adstringentia retinere solent: Quę per vrinas, & vniuersam exeunt cutim, hæc detinent ea, quæ exiguis meatibus inhærent: Emplattomena vocant:p̄terea,quę valenter adstringunt,ea Stryphna Græci vocāt. Ptisana vero nec exiguos cutis meatus obturandi,nec adstringendi vim habet vllā. Ac, q̄ non adstringat qdē, vel gustus ipse docet,cuius vnius est proprium, quod adstringendi vim habeat,discernere.Quòd vero nec cutis meatibus{lentitia crassitudine've sua}inhæreat,id ratiocinari ex alijs eius effectibus est promptum.Nā, siue sordidū corpus extrinsecus ptisana defrices,vtique,sicut aphronitrū, & mel,deterget:Siue ex ventriculo p vomitum educere mediocrem pituitam velis,nihilo minus mulsa vtilem ptisanæ cremorem experieris.Additum tī in dictionem est/mediocrē/qm̄, si multa

B & vehementer glutinosa,& crassa pituita sit, hanc radicula ex oxymelite, non mulsa,aut ptisana detergere est habilis. Est sanè & mulsa ad omnes ante dictas expulsiones idonea, verum nec sitim restringuit, vt ptisana, & in amara bili abundantibus naturis facile vertitur in bilem. Optimum igitur(vt prædiximus)in eiusmodi temperamentis nutrimentum est ptisana: Proximum ab hoc alica, cui paululum aceti† sit adiectum: Tertium, quæ sine aceto liquida est, non crassa: qualem non nulli præparant assimilem pulti.Iniecisse vero huic, dum coquitur,aliquid porri satius est.Nam,quòd tum anethi,tum salis aliquid necessario habebit, neminem latet. Quinetiā in furno coctus panis vtilis est cibus:sicut etiam è piscibus saxatiles oēs: Nec ipsis minus aselli,nisi si propè lacum,aut magnum flumen,quod in mare decidat, depasti, humidam magis glutinosamq; habeāt carnē:Proxime asellos sunt solea & torpedo,itemq; lupus, & mulus, post mugil è pelago. Omnis aūt piscis deterior est,qui prope lacum,qui marí coniungitur, aut magni fluminis ostium pascit.Ex volatilibus aūt optimi sunt perdices,ac montani oēs passeres:Ab his gallinacei, & phasiani,&{iuuenes}colūbæ.Sed nec hæ tī intus claudendæ,cum excremētosa sint oīa, quæ exercitatione carent.Excrementosa vero non minus sunt,tum lacustria, tum palustria oīa. Quo fit, vt etiam ex ipsis suillis carnibus optima sit montana:Ab his deinceps hœdi sunt.In oībus iam dictis

C fugienda,tum vetula,tum recens edita,sunt:Illa nanq; duriora, concoctuq; difficiliora sunt: hæc immodice humida,& excremētosa:ac potissimum quæcūq; ex animaliū generibus sunt, quæ naturaliter humida sunt,vt oues,suesq;.Verū de oīum ciborum facultate alibi præcepimus. Nunc veluti alia in hoc opere,sic ista quoq; exēpli causa sint dicta. Siquidem,ppositum nobis in hoc est non,tanq̄ in ijs,quæ de alimentis,& medicamentis scripsimus, materias inuestigare, sed solas facultates generales. Nihil aūt profectò referat,generales'ne facultates,an vniuersales, ipsas appelles.Reuertamur ergo rursus ad ppositum. Quibus acre aliquid quotidie trāspirat,ij, si cutis ipsis stipetur,prompte febri corripiuntur. Stipant vero hanc tum,quæ adstringunt, oīa,veluti paulo supra memorauimus de Albulis aquis: tum quæ{lentitia crassitudine've sua}exiguis meatibus inhærent. Aliqn aūt ipsius cutis immoderatior siccitas exiguos ipsius meatus densat. Proinde,q

D œnanthe in balneo vtebatur,hūc nos vidisti, quo tempore inæqualitatē sentire se quereretur, vti vetuisse.Simili modo,& qui largo vino cum oleo exiguo vtebatur: item,qui lentiscino tum,cum densitudinem sentiebat,hunc quoq; de cætero(vt scis)vti phibuimus.Inhibuimus non minus & eum,qui quotidie insolabatur,& eū,qui puluere vtebat. Alteri vero,qui iam ad inæqualitatē febrilem peruenerat,vehemētiā remittere fricatiōis iussimus. Iam aliū(vt scis)curauimus mirātem, quo pacto vna lauatione,ac debita frictione horridam eius multorum dierum inæqualitatem dissoluerimus. Vtebatur aūt & ille adstringente oleo,hoc,inquā,iure propter alios vsus celebri:Hispanum vocant.Hoc igitur mutantes,ac Sabino tū pinguiter, tum molliter vberius perfricantes, ac bis lauantes,ilico sanum reddidimus.Non solū igitur hæc oīa vitanda ijs sunt, qui fumidum & fuliginosum è corpore exhalant,sed etiam quæ glutinosum, & quæ crassum gignunt succum: qū hæc paruis meatibus inhærentia transpirationem morantur. Retinent non minus(vt dictum est) trāspirationē,& quæ cutim immodice siccāt.Multos siquidē talium, cū Sole vterētur: alios vero, cùm vberiore nitro:alios,cùm sale,aut exercitatione multa,aut frictione dura, præterea frictione sicca,(Xerotribian vocant){& calidis fomentis}& puluere,& horū occasione quotānis ægrotarent,ipse testis es,vt ab his prohibitos,multis iam annis sanos seruauerimus. Sunt aūt merito eius modi præcepta tum valentium,tum eorum,qui de valetudine querūtur,cōmunia.Non.n.ei,quę iam facta est, febri consulunt:sed ei,quæ nunc in generatione est,prospiciunt,tollendis.s.ijs, quæ illas excitāt,causis.Quippe,quę adhuc in generatiōe febris est,dū aufertur causa,ipsa vnà interit. Quare,quę in libris de sanitate tuēda de eiusmodi tēperamētis sunt,pdita,ea oīa ad eos, q̄ febricitare incipiūt,siue id sanationē appellasse oportet,siue,puidētiā, sunt trāsferēda. Siquidē sanamus id febris, quod iā inuasit, ēt si exiguū est:Prospicimus, neqd amplius,pueniat, adimētes causam.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

De curanda febre Diaria ex vſtione, ira, refrigeratione, vigilijs, triſtitia, curis, ac laſſitudine. CAP. 3.

VEluti vero iam dictarum maxime naturarum, & cum valent, & cum de ſe queruntur, illud cõmune conſilium eſt, vt fluxile & tranſpirabile vndiq; corpus reddatur, ita illud quoq; vt tum vigilias, tum iram, tum triſtitiam, tum curam, tum vſtionem, tum frigus, tum laſſitudinem fugiant: cum promptiſſime poſt hæc, eiuſmodi temperamenta febri capiantur. Sanare vero ea, quoties ex aliqua dictarum occaſionum febricitarint, oportet, partim ſimiliter iis, quos ex ſtipata cute laborare diximus, partim diſſimiliter. Quippe in prima acceſſione inclinante ducendi in balneum omnes ſunt: tum pinguiter ſimul ac molliter fricandi, ij quidem, qui ex aliquo, quod cutim adſtrinxit, laborant, ſicut dictum eſt: qui vero ex ſiccitate, fricandi quidem & ipſi, ſed parcius: lauandi aũt vberius. Reſpiciendum vero ſemper ad virtũtis modum eſt in omnibus eiuſmodi auxiliis. Atq; iræ quidem, & triſtitiæ, & vigiliæ, ac curæ nec frictionibus, nec lauationibus multis indigent. Sed omnibus, qui ex eiuſmodi occaſione febricitarint, oleum infundendum tepidum large eſt, cui minime adſtringens vis inſit: tũ paululum fricandi, atq; ex cõſuetudine lauandi. Vſtio vero protinus ab initio refrigerationem deſiderat, tum crebriorẽ lauationem: minime vero aut oleum largum, aut crebram frictionem. Sint aũt, quæ refrigerent, & roſaceum, & omphacinum, quod etiam, arbitror, omotribes, id eſt crudum oleum nominant. Vtiliora vero ex his ſunt, quæ nihil in ſe ſalis omnino habent. Efficies hæc magis frigida, ſi ita vas, in quo continentur, in puteo ſuſpendas, vt aquam tangat. Præterea, ſi defluxus frigidæ aquæ vaſi ſe illidat, magis humorem refrigerat. Quòd ſi largius refrigeratam cupis, vas niue circũdabis. Infundere aũt ſincipiti, ſublata in altum manu, per mediocrem lanę modum oportet. Hæc vſq; ad inclinationem faciens, in balneum duces. Si vero, qui memorato eſt temperamẽto, de quo omnis hic ſermo eſt, ex frigore febricitet, etiam ducẽdus ad balneum in remiſſione is eſt. Si aũt cum grauedine & deſtillatione febricitet, prius, q̃ hæc concocta ſint, lauãdus non eſt. At, qui ex vſtione febricitant, ij, vel cum hæc adſint, lauari debebunt: veluti in libris de ſanitate tuenda oſtẽdimus. Poſt lauacrum vero iſſdem, quibus ante, madefacienda amborum capita ſunt: eorum quidem, qui ex vſtione febricitarunt, refrigerantibus: qui ex frigore, calfacientibus. Sunto aũt & hæc poſt balneũ mediocria: cuiuſmodi irinum eſt, & nardinum vnguentum. Verum de his immorandum pluribus non eſt, præſertim in libris de ſanitate tuenda iam proditis. Sed ſuffecerit dixiſſe reliqua ſimili modo in febricitantibus eſſe facienda, quemadmodum in vſtis & refrigeratis citra febrẽ, facienda præcepimus: Non tñ quouis tẽpore lauandos febricitantes eſſe, ſed in acceſſionis remiſſione: Præterea, qui ex vſtione febricitant, iis intendendam, quæ ex refrigerantibus conſtat, curationem eſſe: iis vero, qui ex frigore, eam, quæ ex calfacientibus cõſiſtit, remittendam. Reliquum autem fuerit, vt cõmunitatẽ ac differentiam in victu omnium cõprehenſarum conditionum in propoſito temperamento, vbi febri diaria laborat, exponamus. Omnium igit̃ communis victus ſpecies eſto, quæ & boni ſit ſuci, & concoctu facilis, & quæ nuſquam exiguis cutis meatibus inhæreat: Sed iis, qui exuſti ſunt, cum eo, quod refrigeret & humectet: Pari modo iis, quos ira male habuit: Iis vero, qui refrigerati fuerunt, cũ eo, quod calfaciat modice: Iis, qui perui gilio, & triſtitia, & nimia cura ſunt affecti, quod humectet ac ſomnum conciliet: Ad eundem modum iis, qui fatigati ſunt, magis nutriens: Iis, qui refrigerati ſunt, minus nutriẽs: Reliquis, quod medium ſit amborum. Vinum vero ipſe conſcius es omnibus me eiuſmodi {naturis} concedere, ſed quod tum aſpectu, tum viribus ſit aquoſum. Id enim ad omnia vtilius, q̃ aqua, eſt, vtpote quod & concoctionem iuuet, & vrinas ac ſudores prouocet. Conſtat autem & Hippocratem non in diariis modo febribus, verũetiam in acutis, ex iis, quæ de acutarum victu prodit, vinum dare. At in ſexto Epidemion, ſiue ipſe ſit, ſiue Theſſalus eius filius, vinum calidis temperamentis prohibet: idq; non modo cum febricitant, ſed etiam per ſanitatem. Quippe in calida natura ſuadet tum refrigerationẽ, tum aquæ potionẽ, tum quietem. Niſi forte copioſius vtẽdum eſſe aqua, q̃ vino, eiuſmodi naturis ſuadere eum dixeris, quem admodum non nullis placet. Hoc igitur ſeorſum per ſe diſquiratur. De potione vero frigidæ decidendum. Ego igitur cenſeo eius generis naturas, & dum valent, eiuſmodi potione magnopere iuuari: nec in diaria febri iis, quibus in vſu fuit, eam circũcido. Siquis vero non aſſueuit, huic per febrem dare non inceperim, niſi priſtina planẽ ſanitate prius reddita. Quòd ſi vel propter timiditatem, vel propter conſuetudinem à pueris, vel falſam opinionem, frigidam timeat, tum opere homini perſuadeam, obſeruans in æſtate cum æſtuat, tum oratione poſt opus. Nam: vbi poſt vſum eiuſmodi potionis liberatus ſtatim ab vrendo æſtũandoq; eſt, viſusq; firmiorem ex eo ſtomachum, q̃ ante, habere: tum ventriculus illi bilioſum deiecit, & probe concoxit: ac corpus, cum ea iterum iterumq; vſus fuerit, reficitur, tum vero aliis quoq; ei indicatis, quibus ſimili ratione contuli, expoſuerim primum quidem illud eſſe omnium longe veriſſimum, q̃ contraria contrariorum ſunt remedia (proditum autem mihi de hoc prius eſt:) mox illud, q̃ temperamentum eius ſanitatis ſymmetrian egreſſum morbo eſt propinquum. Tum q̃ ſanitas eiuſmodi corporum dubia eſt, ac potius in affectu, quam ſcheſin vocant, q̃ in habitu, quam hexin. Præterea q̃ ſi boni temperamenti eſſet, hoc illi omni ſtudio tuerer: cum vero vitioſi ſit temperamenti & naturæ, in melius immuto. Porrò dictum & de his fuſius eſt in libris de ſanitate tuenda. Vnde nec immorandum

* Al. ſubiecto. i. affectuõis.

* καὶ ἀλύειν

Adum mihi hic multis eſt eos imitanti ſcriptores, qui, cum pauca prorſus ſciant, ipſa in oibus libris inculcant. Id. n. non multa eſt docere, ſed multa ſcribere, & multas chartas conſumere, cum liceat paucas: ac multum temporis nulla neceſſitate conterere. Itaq; nec notas diariarum febrium hoc loco deſcribo, vtpote iam prædictas mihi in ſecundo de criſi propemodum vniuerſas, ſiquæ vero reliquæ fuerunt, etiam in primo de febrium differentijs proditas. Quinetiam in libris de pulſibus, quantum ex ipſis ſit vtile, expoſuimus, ſoli (vt ſcis) omniũ, qui ante nos fuerunt. {Idq;} adeo (arbitror) clare, vt nec puerum, quod tradidimus, lateat: cum Archigenes (vt oſtendimus) non docuerit, ſed deblaterarit plurima tum in opere de pulſibus, tum in eo, quod de febriũ ſignificatione inſcribit. Tanquam autem eum, qui in aluminoſa aqua ſe lauit, medici vſq; in tertium diẽ cibo abſtinere iuſſerunt, ad eundem ſcis modum neminem eorum, qui vel exuſti fuerunt, † vel alia quapiam ex iam dictis cauſis febri tentati, lauiſſe, aut nutriuiſſe prius, quàm diatriton tranſmiſiſſent. neceſſe enim profectò eſt & me diatriton dicere, ne in hoc quoq; nugis eorum me exponam, dicentium aliam eſſe tertij diei acceſſionẽ, aliam ipſam primam diatriton: quippe hactenus eorum nugas proceſſiſſe ipſe aliquando audiſti. Sed, ſiue primam diatriton, ſiue aliud quiduis appellaſſe velint, non ſemel nos bis ve aut ter, verum ſepius, q̃ vt meminiſſe poſſimus, tum in primo ſtatim die ad veſperam eos, qui diaria febri laborarunt, lauimus, tum vel magis in ſecundo, immo etiam in ipſo tertio: ceu paulo ante diximus de eo, cui ſtipata cutis fuerat. Verum hanc cauſam rarenter vidi febrem accendere: (itaq; etiam hanc maxime tractandam deſumpſi) vſtionem vero & laſſitudinem, & cæterorum ſingula planè ſæpe. Vidiſti autem eos omnes quarto die mane ad ſolita redire munia, ac medicis, qui ipſos tertiũ diem prorſus in cibi inedia exegiſſe fuerant opinati, occurrere. Itaq; etiam miranti tibi ac quærenti, quid demum cauſæ eſſet, cur vel nunc ſaltem eiuſmodi medici ab iis, quæ perperam opinantur, non recedant, conuenienter (vt arbitror) reſpondi, q̃ neq; veram ſpeculationem noſcerent, & nunc eam incipere diſcere erubeſcerent. Aliqui tamen (veluti confitentem aliquãdo ex iis quendã, idq; cum lachrymis, veritatem nobis ſolis audiuiſti) nec vitæ ſibi neceſſaria aiunt affutura, ſi, qui eos ſcire aliq̃d exiſtimant, diſcentes iam videant. Verum tu hoc ſemel audiſti: Deos aũt omnes teſtor, multos id mihi ſæpe ſoli confeſſos, idq; lachrymantes, ac infœlicitatẽ ſuam deplorãtes, q̃ ſub malis præceptoribus tempus perdidiſſent. Iuroq; tibi rurſus deos, illud quoq; mihi perſæpe à cõdiſcipulis dictum eſſe, cum eſſem adhuc ætate adoleſcens. Nam, cum mihi mos eſſet, vbi aliquis me de ſecta aliqua, num ſana eſſet, percõtaretur, dicere, me reſpondere non poſſe, niſi reliquorum oĩum dogmata didiciſſem, ac † methodum quampiam mihi comparaſſem, qua, quod potius eſſet, diſcernerem, nõ pauci ex condiſcipulis, qui hæc audierant, mihi reſponderunt me & excellenti natura, & ſingulari propter patris mei liberalitatem eſſe eruditione, tum & ætatem ad diſcendum idoneam, & impenſas, vnde diſciplinis vacem, ſuppeditatas habere: ſecum non ita agi, qui & rudes in primis diſciplinis eſſent, nec acuto, vt ego, ingenio, nec, quod impẽderent, habere: itaq; cõtentos eſſe oportere iis, quæ nunc noſſent, qualiacunq; ea forent. Minime igitur mireris, cur pleroſque medicorum non pudeat diatriton in ore habere, etiam ſi ſexcenties nos præſagire in ægris viderunt, diaria ne febri laborarent, an ea, quæ tertio quarto've die acceſſionem aliquam eſſet habitura. Illud potius æſtima quod Hippocrates monuit, homo aliàs ingenio maxime philoſophico: Cum † {in acumine} morbus eſt, ſtatim tum vltimos labores infert, tum tẽnui ad vltimum victu neceſſe eſt vti. Vbi vero non, ſed licet liberalius cibare, tantum eſt de vltimo remittendum, quantum morbus vltimis eſt mitior. Labores nanque dicit omnia, quæ homĩnem offendunt: vltimos vero, maximos: quales vtiq; in ſummo vigore fiunt. Iubet autem reſeruari in id temporis ſummam victus tenuitatem, nihil profectò docens diuerſum ab eo, quod alibi dixit: Cum in ſummo vigore morbus eſt, tum victu vti teniſſimo eſt neceſſe. Atqui fieri non poteſt, vt ſummam victus tenuitatem ad ſummi vigoris tempus differas, niſi inter initia conieceris, circiter quotum diem in vigore morbus ſit futurus. Sed & inſanire Hippocratem dicunt, qui hæc ſcripſerit: &, tametſi nos opere ea oſtendimus, omnia potius putant, q̃ poſſe quempiam in prima aliquando acceſſione certam notitiam affectus ipſius ægrotantis habere. Ego vero nec in omnibus ægrotãtibus fateor exacte me ſcire in primo die affectum, nec vllam diariam me febrem poſſe fugere, at vero, vt nihil in victus rõne primis ſaltem diebus pecces, hoc ſatis eſt, ſi diſcernere diariam à relíquis queas. Ac propterea quarto die, in quo illi hominem, quem iam ſiccarũt, primum nutrire incipiũt, nos ad conſueta dimittimus, ac à diariis in acutas febres tranſitum fieri hac victus ratione prohibemus: cum, ſiquis aliter cibet, excipient neceſſario iam dictas naturas ardentiſſimæ febres. Sunt. n. aliæ naturæ, quibus aut nihil, aut non magnopere incõmodet tot dierũ inedia: ſicut è diuerſo aliæ, quibus non modo innoxia, ſed etiam vtilis eſt trium dierum inedia. Verum de cæteris naturis poſt decernam. Propoſitum vero nunc nobis ab initio temperamentum inediæ in ſummum ducunt diſcrimen, in quacunq; iniungantur febri, non ſolum iis, quas modo commemoraui, diariis.

† Addũt antiq cod. καὶ ποπωθέντων. i & qui fatigati fuerũt.

† Addũt antiq̃ codi. δύναμιν ἢ .i. facultatẽ vel

† peracutus.

* Al. tenuiſsimo.

Quo pacto diaria febris ex obſtructione curanda ſit, vt præcaueamus, ne in putridã pertranſeat. CAP. 4.

ETenim, ſi propter obſtructionem aliquando (vt dictum eſt) morata tranſpiratio eſt, ſi parua ea ſit, qui recte deterſerit, ſecundam fore acceſſionem vetabit: ſin momentanea, non poſſis

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ita promittere. Quòd si & multi, & crassi, & glutinosi impacti succi sint, quæ hos excipit febris, E
fieri non potest, vt intra fines diariarum consistat. quando ex necessitate huic in mali succi natu-
ris ea, quæ ex putredine humorum accenditur, succedet. Nam in alijs saltem temperamentis, quæ
in sequentibus exponam, excitari ex tali causa potest citra humorum putredinem aliqua continē
tis febris species. Porrò capere eiusmodi sermones omnino non potest, qui prius in memoratis
operibus non sit exercitatus: ac potissimum in eo, quod de febrium differentia inscribitur. Nam,
vbi obstructio quæpiam mediocris est, ob quam febricitant, quibus vitiosus est succus, in primo
die, atq; etiam secundi aliqua parte nullum est in pulsu putredinis signum, æque vt nec cruditatis
in vrinis. Protracta tamen inclinatione, nec amplius pro ratione, sicut post summum vigorem in
ceperat, cedente, suspectus affectus est: veluti è diuerso, in quibus ad solutionem festinat, vel hali-
tus aliquis vel sudores exierunt, vel multa bona vrina, cum signis in pulsu bonis, in ijs, pculdubio
diaria febris est. Sed, quę ex parua oritur obstructione, ea (vt dictū est) saltē inter initia similis dia-
rijs est. Protracta tñ inclinatione, suspecta reddit, ḡuis putredinis indicia in pulsu adhuc nō appa-
reant. Quippe, nisi vitiosus succus penitus trāspiret, necesse est, putrefiat. Ergo, vt transpiret, ma-
iore iam auxilio est opus. Ac, si quidē vel puer vel senex sit, sanguinē detrahere nō licet. Inter has
ætates, vbi robur ægro nō deest, secanda vena est, etiam si plenitudinis signa non adsunt. Præstat F
enim vitiosi succi maiore parte emissa ad detergēdas obstructiōes accedere: cū alioqui metus sit,
si obstructiōibus liberādis prius, q̄ vacuaueris, studeas, ne ipsas magis impingas. At soluunt qdē
obstructiones, quæ detersoriā facultatem obtinent, seu foris cuti sint admota, seu intrò in corpus
accepta. Periculum vero est etiā, ne, quæ foras trahūt, vnà cū ijs, quæ obstruunt, etiam aliud quip-
piam attrahant: &, quę ab interno sursum ferunt, aliquid secū in ijs, quę in vasis continent, rapiāt.
Quod ipsum, si tenax sit ēt crassum, obstructionem planè geminabit: sin aliter, multitudine certe
sua non parū omnino nocebit. Cernimus, n. aliqn̄, etiam quod multum est, cū simul totū confluit,
obstruēdo hærere, in figiq; nō minus, q̄ ea, quæ glutinosa sunt & crassa: q̄ si p meatus angustos est
transitus, multo profectò magis retineri. Quò igitur & his iter liberū, & ijs, quæ foris admouētur,
attractio tuta sit, vtilissimū est corpus inanisse. Quinetiā fumosa fuliginosaq; succorū excremēta,
quæ transpirant, succis ipsis imminutis pauciora restabunt. Quare inde quoq; minor reddetur fe
brilis calor, sic, vt foras trāspirare, si exiguæ obstructiones sint, queat. Ergo, cū suspicio erit cutim
esse ex obstructione occlusam, (id quod tum ex eo conijcies, q̄ non fuerit in primæ accessionis re
missione vacuatio satis magna, tum q̄ similis sibi perduraverit remissio) si homo ex nulla manife
sta febricitauit causa, etiam certius argumentum obstructionis habes: sin ex euidenti aliqua cau- G
sa, fieri potest, vt duę simul coierint causę. nam, si altera tm causarum, nēpe quam externa impres-
sit, subesset, imminuta remissio fuisset cum sensibili alicuius expulsione. Haudquaq̄ igit differen
dum est †{sanguinis aliquid} ita laborātiū mittere. s. tum ad virtutis, tum ad obstructionis modi
portionē. Discerne aūt obstructionis magnitudo ex ipsa magnitudine febris: vt quæ ex maiore
obstructione maior, ex minore minor inciderit. Vbi vero modice vacuaueris, haud multo post
aut nutrimētū aliquod, aut pharmacū ex ijs, quæ detergeāt, exhibebis. Sunt porrò nō multa, quæ
in febribus id p̄stent. Sed, sicut dictū prius est, in alimētorū ratione sunt ptissana, & mulsa: in phar
macorum, oxymeli, & quęcūq; incoquere in mulsa licet, ceu calaminthā, & hyssopū, & origanū,
et serpillū, & irim, et apium. Verū hęc omnia iusto sunt calidiora, ideoq; febres accēdūt, ita vtiq;,
vt vinū. Oxymeli vero solū nec febres accēdit, & strenue detergetsic, vt ea, quę glutinosa crassaq;
sunt, dissoluat, & meatus obstructos liberet. Porrò inter mulsam & oxymeli medium locū habet,
quod Apomeli græce dicitur: cuius plurimus in Pelopōneso est vsus. Nō immerito, arbitror, &
saccharū inter hęc numerandū. Ex hoc victu seruabis, ḡtum de febrili calore minuitur. Etenim, si
tertio die mane videris minimū esse, quod de febri relingtur: ac neq; putredinis humorū in pulsu
nota subsit, neq; in vrina cruditatis: suspecta vero hora, qua primo die febris occupauit, extra me- H
ridiem sit, audacter hoiem, q̄ ocyssime lauabis, longe ante sextam horā. Abunde tñ sit, si intra ter-
tiam horam lauationē compleueris. Ad eundē modum, & si decimam horā suspectam habueris,
vsq; ad septimā laues, licet: cum tres æquinoctiales horas quatuor've inter balneum accessionisq;
tps interponi, abunde sit satis. Debet autē in balneo corpus prius vnctum ac moderatissime fri-
ctum, mox detergeri extrinsecus, abluiq;. Sanè detergentium materiam expositā habes in cōmē-
tarijs ijs, qui de medicamētis sunt conscripti. Deligēda vero semper sunt, quæ ad rē propositā sint
accōmoda. Quippe distincta in his sunt, tum quæ magis, tum quæ minus detergent. Sed & nunc
exēpli causa pauca dicemus. Moderatissime detergēt tum erui farina, tum hordei, tum fabarum:
præterea mulsa, quæ sit aquosa: magis vero, q̄ hæc, iris, & panacis radix, & aristolochia, & mulsa,
quę mediocri est mistura: veluti etiam hac magis, quæ meracissima est. Fit hęc, vbi mista melli exi
gua est aqua sic, vt liquatū mel exiguos cutis meatus facile ingredi possit. Possunt aūt vel hac ma-
gis detergere tum spuma nitri, tum nitrum ipsum, tum aphronitrū. Sit aūt nitrum, oportet, quod
ex tenuibus partibus constet, cuiusmodi Berenicium est: Si vero lapidosum sit, vri id læuigariq;
diligenter debebit: Mel autem purissimum, acerrimumq;, cuiusmodi est Hymmetium. Est autē
& sapo ex ijs, quæ maxime detergere valeant. Atq; hæc satis multa detergentium materiæ exem-
pla sunt.

† Antiqui codices addūt ἢ νοτὶ δ'ἐϛ. i. vel madores.

* In A. C. Græ. legitur. ἐκῤῥάτουσι. i. soluunt obstructionē.
* Al. ἢ. i. vel.

† Sanguinem.

A pla sunt. Tempestiuū. n. est iam ad ea, quæ post balneum adhibentur, accedamus. Sunt aūt ea mi-
nime multa. Nam præter aquam, quæ parum apṫ incoctū in se habuerit, nihil his est offerēdum,
licet, quod inter balneum & suspectas horas spatium erit, trium fore horarū conijciamus. Si vero
circa vesperam, aut duabus horis citius, q̄ primo die, accessio inuadet, tū lauisse mane liceat, tum
cibasse, sed tantū ptissanæ cremore. Deinde, si suspectæ horæ nihil prorsus afferant, & lauare rur-
sus, si velit, licet, & cibare, ad eas, quas diximus, cōsideratiōes intento. Sin aliquid eueniat, & cō-
ferendū id est cum accessione, quæ primo die inciderat: & tum vrinæ considerandæ, tum pulsus
sunt. Quæ omnia profectò mediocria apparebunt, vbi exigua relinquitur obstructio. Quare ip-
sum & lauabis quarto die, & cibabis, ad iam dictas considerationes spectans: sperabisq; nihil qn-
to die superuenturū. At, si magna obstructio facta sit, ea febris ex diariarū genere non erit. Quare
in proximum differatur librum, cum in hoc de diarijs tantum agere statuerimus.

De Diarijs febribus, quæ superueniunt cruditatibus ciborum. CAP. 5.

B QVoniam igitur diariæ febres in propositis corporum temperamentis sæpenumero etiam
ciborum cruditatibus succedunt, proximum fuerit de ipsis disserere. Ergo pessima qui-
dem in eiusmodi temperamentis cruditas est, citissimeq; febrē accendit, in qua cibi in
nidorulentam & fumosam qualitatem corrumpuntur. quando ea, quæ in acidam vertit, vt raro
talibus naturis contingit, ita minus nocet. Dicemus autem de vtraque seorsum, incipientes ab ea,
quæ sæpius his incidit, & magis lędit. Ea est (vt diximus) nidorosa quædam ac fumosa. Quę vtiq;,
si aluus lubrica est, minus est noxia: sin adstringitur, grauis est. Siquidem ex adstrictione eius vi-
tiōsæ naturæ in febres prompte incidunt, ac potissimum cum neglecto consilio in lectulo domi
manendi, ad solita conuertuntur opera. Febricitant autem non nulli & ex ijs, quos diarrhœa ex
cruditate male habet. Quibus vtique non minime proritatur febris, & ex desurgendi frequentia.
Quòd si etiam rosio, aut dolor, aut calor immodicus in ventriculo & intestinis sit, hinc vtique vel
longe magis affectio febrilis increscit. Est autem eorum, quibus clausa aluus est, & quibus fluēs,
non eadem sanatio. Itaq; ēt seorsum de vtrisque agetur. Apparebit. n. sic tractantibus non solum
quatenus differunt, sed ēt quantum ambobus sit cōmune. Si igitur ea tantum, quæ corrupta fue-
re, vacuata esse videntur, tum lauandum, tum nutriendum in remissione febris est, sed ijs, quæ cir-
ca ventriculum sunt, prius consulto. Sin ita multa inanitio aut prius facta sit, aut nunc etiam in ho
mine duret, vt virtus iam defessa sit, satius est omissa lauatione cibare, sed consulto prius ijs, quæ
C circa ventrem sunt. Consuletur ita laborantibus, si modo vacuatio amplius non duret, fomēnto
ex oleo & absinthio. Expedit autem tingi absinthiū, quo minus nidore offendat, feruenti aqua.
Quòd siquis morsus, aut doloris sensus in ventriculo adhuc supersit, incingi illi peniculus post fo
mentū debebit, qui vel siccus et calidus sit, vel ex oleo, in quo absinthium incoctum fuit, madens,
ac plurimum expressus. Satius aūt fuerit, si nardini vnguenti, quod curiose sit factum, facultas sit,
ex eo peniculum eodem modo imbutum ventri incingere. Iam multo etiam satius sit, si purpura
marina is sit: atq; etiam longe optimum, si optima sit Tyria. Quippe tenuiorem adstringēdi vim
habet tum ea purpura, tum optima nardus, ita, vt vis earum siccando, calfaciendo, ac robur inferē
do, in corpora, quæ circa ventriculum habentur, alte penetrare possit. Quòd si os vētriculi (quod
stomachum appellare solemus, abutentes nimirum appellatiōe) imbecillius sit, ēt tanta portione
chiæ mastiches in nardino tunsa, vnde sordium crassitudo existat, madefactam ex eo purpuram
imponemus. Esto autem abunde calens talium quodq;, cum primum imponitur. Quippe, quæ
tepida sunt, omnia ventriculi firmitudinem dissoluunt. Non aūt te fugit solere me vnguenta ca-
lefacere in vase duplici, vtiq; coniecta prius in vas maius, aqua feruente: quando aliter calefactis
vitiatur eorum facultas. Cæterum fluente adhuc aluo, vtilius est optimo recenteq; melino simili
D modo, quo nardino, vti. Vtile aūt ad omnia talia est & mastichinū. Nō in postremis accommoda
ta sunt eiusmodi ventriculi affectibus & vnguenta ea, quæ ad gratiā delicatarum mulierum fiūt:
hęc, inquā, pretiosa, quę Romanorū luxus videtur inuenisse, appellationesq; Romanas dedisse.
nominant. n. tum spicata, tum foliata. Si vero, qui affligitur, cinctum non patitur, siue ob consue-
tudinem, siue delicias cingi recuset, licet, cerato idem efficias. Est autē in eiusmodi vsum optimū,
quod ex cera fit Tyrrhenica in vnguento nardino liquata, †{ cui post, q̄ refrigeratum est, } aloes
ac mastiches molliissimus puluis elt admistus. Debet autem singulorum hic esse modus: ceræ ac
nardi partes pares: aloes pars octaua: sic ēt & mastiches: vel (si placet) huius paulo aliquid plus.
Quòd si cerato aliqd è sumptuosis his vnguētis admisceas, præstantius medicamentū habebis. Si
aūt ventriculus intus vrit ita, vt affectus quidā phlegmonę similis in eo consistere videat, vtilius
est ceratū, quod ex melino cōficitur. Sunt porro alia medicamēta non pauca. Alia quidē ex œnā-
the, alia ex hypocistide, & balaustijs, & palmularū carne confecta, quæ ventriculo tum refrigeran
do, tum vero firmando sint idonea. Horū ergo, quod ad rem præsentē sit cōmodissimum, id deli-
ges, ijs, quas memorauimus, cōsiderationibus intentus. Cibandi vero his sunt: fluente quidē ēt-
num ventre, polenta, & pane, quē græce Oxylipe vocāt: qui vtiq; minimū aceti habeat, nō sicuti
num ventre, polenta, & pane, quē græce Oxylipe vocāt: qui vtiq; minimū aceti habeat, nō sicuti
in dysenteria & diutina diarrhœa præparare solemus. Inspergere autem polentam debebis aliàs
aqua

* ἐμβροχῆ.

† In antiqs ita legit' ψυχθείσῃ καὶ ξυσθείσῃ μετὰ κηρωτῆ, id est cui post, q̄ refrigeratum est ac derasum, &c.

aqua calida vbertim: aliàs, vbi.ſ.venter adhuc plus iuſto excernit,vel mali punici, vel pirorũ, vel E
malorum ſucco,potiſſimum cotoneorum.Quòd ſi itcũdius laborãti erit, etiam decocto ex piris,
aut malis,aut myrtis præparato polentam inſperges.Sin venter non amplius excernit, ſuffecerit
tum alica ſimiliter ptiſſanæ præparata,hoc eſt aceti habens pauxillum:tum ex ea ſine aceto ſorbi-
tio:tum gallinaceorum teſticuli: & ſaxatiles ex albo iure piſces:præterea fructuum aliquis ex iſs,
è plebe quidam,qui in ſplẽdida cœna prolixius ſibi epulis potuq; indulſiſſet, venit domum erra-
bundus,ac manu deductus. Cum aũt ea,quibus grauabatur,in ventriculo eius fluitarent,omnia
ea euomuit:& per noctem quidem febricitauit.Dormiuit autem in magnam partẽ ſequẽtis diei.
Poſtea ſurgens,ac paululum inambulans,lauit,riſitq; eum, qui ſibi diatriton manẽdam ſuaſerat.
illo nanq; authore etiam poſtero die inediam tolerare debuiſſet. Vt autem(res ipſa monebat, &
ipſe ſua ſponte faciebat)lotus & modice cibatus,poſt ſomno deditus,eoq; inoffenſe fruens,mane
ſurrexiſſet,ad conſuetaq; rediſſet,etiam in ipſa diatrito,in qua eum tolerare inediam oportuiſſet,
ſi diatritarijs medicis paruiſſet,(ita enim eos per iocum eleganter nominauit quidam)& quidem
cũ cœnatus iam ex conſuetudine homo eſſet,accedens facetus ille riſum excitauit, cõmemorans,
quemadmodum eum,qui tertio ante veſperi vomuiſſet, oportuiſſet etiam biduo inediam ſiccũ,
*ἄσης. B ac ſõrdium plenum tolerare, ad horasq; ſpectantem pro diatritariorum iuſſu decumbere. Sunt
enim,arbitror, vel plebi non obſcura,quæ præter rerum euidentiam temere audentur.Atq; inde
merito alios medicos, alios græce Logiatros,ideſt verbis tenus medicos eſſe dicunt. Quomodo
enim non iure hac appellatione cenſeantur,qui ea neſciant,quæ nemo è vulgo ignorat: Quomo-
do non meritiſſime irridendi carpendiq;,qui etiam,cum talia ignorent,Hippocrati ſe præponũt:
Verum illorum ſtupiditatem ne Mercurius quidem ipſe cum Muſis ſanauerit.

De curanda Diaria in calidis & humidis naturis,ac in habitibus,qui ſunt acquiſiti. CAP. 7.

ABſoluta vero in iſs naturis,quibus amara bilis redundat, (in quibus.ſ.elementum frigidum
vincitur à calido,& elementum humidum à ſicco) de diarijs febribus diſputatione ad aliud
corporum temperamentum tranſeamus,quod nihil minus,quàm ſupra dictum,vitioſo eſt ſucco,
in quo.ſ.calidum præualet frigido, & humidum ſicco. Maxime.n.omnium putredinis morbis
hæc intemperies expoſita eſt propterea,q; per ipſam ſanitatem proxime putredinem accedit:ve-
luti tum ex ſudoribus conijcere eſt,qui grauiter his olẽt,tum vero ex vrinis, deiectione, atq; etiã
* ἐκπνοῆς.i. expiratione. ipſa reſpiratione. Etenim, qualis eſt hircorum, talis eſt & talium naturarum temperies. Ideoq;
prompta eſt ex qualibet occaſione tum aliſs morbis,tum vero febribus corripi.Nam, qui hac in-
C temperie ſunt,cum ſtipata cutis eorum eſt,effugere febrem non poſſunt. Sed nec, cum valentem
cruditatem contraxerunt,aut perufti{in Sole}fuerunt,aut tale quippiam aliud paſſi. Ac vitioſis
quidem habitibus ſtipatio cutis plurimum eſſe incommoda ſolet. Ideoq;,quibus amara redũdat
bilis,non minus,quàm qui ad putredinem ſunt proni, (Sepedonωδες, id eſt putredinoſos Græci
vocant)febribus iſs,quæ ex ſtipata oriuntur cute,patent.At ab nidoroſis cruditatibus, quæ humi
dæ & calidæ naturæ ſunt,(quas modo putredinoſas propterea vocaui, q; ſucci facillime in iſs pu-
treſcant)promptius lædentur. Nam de obſtructione quid attinet dicere? quam idcirco maxime
febres accendere diximus,q; putredinem in iſs, quæ non tranſpirant,corporibus creet.Verum de
eiuſmodi febribus poſt agemus. Sanè diariæ omnes promptiſſime in iam dictis temperamentis
accẽduntur,idq; ex qualibet earum cauſarum,quas modo in amara bili vitiatis naturis retuli:cu-
rationemq; perſimilem illis habent, ac in paucis omnino diſſidentem. Nam,cum hæ humidio-
res naturæ ſint,magis ferunt,quàm illę,famem ſitimq;. Itaq; minus lædentur hæ,ſiquando fame
per diatritarios crucientur,ſi modo libera ipſis tranſpiratio non deſit. Atque idcirco balneum hi,
ceu quod cutim eorum laxet,vel magis,vel certe non minus, quàm qui amara bili abũdant, req-
runt:ceu quod humectet,non requirunt. Quæcunq; vero de eiuſmodi natura ſunt dicta,eadem
D de acquiſito habitu dicta eſſe cẽſendum.Aliqui enim, quibus boni ſunt natura ſucci,coeuntibus
aliquando eodem tempore pluribus ſiccantibus corpus calfacientibusq; cauſis, in amaræ bilis vi
tioſum habitum mutantur. Da enim veniſſe hominem ætatis tempore in regionem calidam &
ſiccam:eſſe præterea eodem tempore ſtatum cœli calidum ac ſiccum: tum veſci eum cibis calidis
ſiccisq;:cogitare quoq;,ac triſtari,& vigilare,& iraſci,& quamplurimum laborare:fieri aũt põt,vt
idem homo per id tempus venere ſit vſus frequenti,& in Sole,maiore ex parte verſatus,& medi-
camenta,quę ſiccent calfaciantq;,biberit,veluti aliqui Theriacen,non nulli Ambroſiã,alij Atha-
naſiam:ſcimus enim profectò medicamenta à iunioribus medicis eiuſmodi nominibus vocari:
Cui ergo omnia iam dicta per ætatem contigerunt,hũc, neceſſe eſt, calidum & ſiccum reddide-
rint,ac propterea eo habitu,qui amara bili abundet:quãuis antea optimi ſucci fuerit. Itaq; etiam
ex omnibus ſupra dictis cauſis facile febricitabit.Ad eundem modum, & ſiquis naturaliter boni
ſit ſucci,ac locum temperatum incolat,ſi illinc ſe in alterum locum,qui calidus ſit & humidus,ve-
ris tempore tranſferat,idq; ſtatu cœli calido humidoq;,tum omni victus ratione calida humidaq;
vtatur,is quoq; ſimiliter illis,qui natura ſunt putredinoſa,tum cæteris tentabitur morbis, quibus
illi:tum febricitabit non ſolum aliſs,ſicut illi ex ijſdem cauſis, febribus,ſed etiam nõ minime dia-
riſs,de quibus nunc inſtituimus.

Quæ

* Græce hypochondria. Linacer aũt cũ Celſo ſemp vertit præcordia.

* ἀποῤῥέουσι.

E

F

G

H

Quinetiam,qui refrixerunt,aut vſti ſunt,aut fatigati,aut tale quippiam paſſi,poſtea vero febrici-
tarunt,hi,vbi in remiſſione talem ſtatus quietem,qualis erat per ſanitatẽ,ſentiũt,ne tunc quidem
eos,qui diatriton nominẽt,ferre poſſunt.Quod.n.vſurpare ſæpe ſoleo,quemlibet priuatum, qui
ſecundum naturam ſe habeat,quouis ſophiſta veriores opiniones habere,hoc etiam in diuiniſſi-
ma iſtorum diatrito videre licet,vt quæ ab omnibus,qui naturaliter ſe habent, ſit irriſa.Nuper.n.
bundus,ac manu deductus. Cum aũt ea,quibus grauabatur,in ventriculo eius fluitarent,omnia
ea euomuit:& per noctem quidem febricitauit.Dormiuit autem in magnam partẽ ſequẽtis diei.
Poſtea ſurgens,ac paululum inambulans,lauit,riſitq; eum, qui ſibi diatriton manẽdam ſuaſerat.
illo nanq; authore etiam poſtero die inediam tolerare debuiſſet. Vt autem(res ipſa monebat, &
ipſe ſua ſponte faciebat)lotus & modice cibatus,poſt ſomno deditus,eoq; inoffenſe fruens,mane
ſurrexiſſet,ad conſuetaq; rediſſet,etiam in ipſa diatrito,in qua eum tolerare inediam oportuiſſet,
ſi diatritarijs medicis paruiſſet,(ita enim eos per iocum eleganter nominauit quidam)& quidem
cũ cœnatus iam ex conſuetudine homo eſſet,accedens facetus ille riſum excitauit, cõmemorans,
quemadmodum eum,qui tertio ante veſperi vomuiſſet, oportuiſſet etiam biduo inediam ſiccũ,
*ἄσης. B ac ſõrdium plenum tolerare, ad horasq; ſpectantem pro diatritariorum iuſſu decumbere. Sunt
enim,arbitror, vel plebi non obſcura,quæ præter rerum euidentiam temere audentur.Atq; inde
merito alios medicos, alios græce Logiatros,ideſt verbis tenus medicos eſſe dicunt. Quomodo
enim non iure hac appellatione cenſeantur,qui ea neſciant,quæ nemo è vulgo ignorat: Quomo-
do non meritiſſime irridendi carpendiq;,qui etiam,cum talia ignorent,Hippocrati ſe præponũt:
Verum illorum ſtupiditatem ne Mercurius quidem ipſe cum Muſis ſanauerit.

De curanda Diaria in calidis & humidis naturis,ac in habitibus,qui ſunt acquiſiti. CAP. 7.

ABſoluta vero in iſs naturis,quibus amara bilis redundat, (in quibus.ſ.elementum frigidum
vincitur à calido,& elementum humidum à ſicco) de diarijs febribus diſputatione ad aliud
corporum temperamentum tranſeamus,quod nihil minus,quàm ſupra dictum,vitioſo eſt ſucco,
in quo.ſ.calidum præualet frigido, & humidum ſicco. Maxime.n.omnium putredinis morbis
hæc intemperies expoſita eſt propterea,q; per ipſam ſanitatem proxime putredinem accedit:ve-
luti tum ex ſudoribus conijcere eſt,qui grauiter his olẽt,tum vero ex vrinis, deiectione, atq; etiã
* ἐκπνοῆς.i. expiratione. ipſa reſpiratione. Etenim, qualis eſt hircorum, talis eſt & talium naturarum temperies. Ideoq;
prompta eſt ex qualibet occaſione tum aliſs morbis,tum vero febribus corripi.Nam, qui hac in-
C temperie ſunt,cum ſtipata cutis eorum eſt,effugere febrem non poſſunt. Sed nec, cum valentem
cruditatem contraxerunt,aut perufti{in Sole}fuerunt,aut tale quippiam aliud paſſi. Ac vitioſis
quidem habitibus ſtipatio cutis plurimum eſſe incommoda ſolet. Ideoq;,quibus amara redũdat
bilis,non minus,quàm qui ad putredinem ſunt proni, (Sepedonωδες, id eſt putredinoſos Græci
vocant)febribus iſs,quæ ex ſtipata oriuntur cute,patent.At ab nidoroſis cruditatibus, quæ humi
dæ & calidæ naturæ ſunt,(quas modo putredinoſas propterea vocaui, q; ſucci facillime in iſs pu-
treſcant)promptius lædentur. Nam de obſtructione quid attinet dicere? quam idcirco maxime
febres accendere diximus,q; putredinem in iſs, quæ non tranſpirant,corporibus creet.Verum de
eiuſmodi febribus poſt agemus. Sanè diariæ omnes promptiſſime in iam dictis temperamentis
accẽduntur,idq; ex qualibet earum cauſarum,quas modo in amara bili vitiatis naturis retuli:cu-
rationemq; perſimilem illis habent, ac in paucis omnino diſſidentem. Nam,cum hæ humidio-
res naturæ ſint,magis ferunt,quàm illę,famem ſitimq;. Itaq; minus lædentur hæ,ſiquando fame
per diatritarios crucientur,ſi modo libera ipſis tranſpiratio non deſit. Atque idcirco balneum hi,
ceu quod cutim eorum laxet,vel magis,vel certe non minus, quàm qui amara bili abũdant, req-
runt:ceu quod humectet,non requirunt. Quæcunq; vero de eiuſmodi natura ſunt dicta,eadem
D de acquiſito habitu dicta eſſe cẽſendum.Aliqui enim, quibus boni ſunt natura ſucci,coeuntibus
aliquando eodem tempore pluribus ſiccantibus corpus calfacientibusq; cauſis, in amaræ bilis vi
tioſum habitum mutantur. Da enim veniſſe hominem ætatis tempore in regionem calidam &
ſiccam:eſſe præterea eodem tempore ſtatum cœli calidum ac ſiccum: tum veſci eum cibis calidis
ſiccisq;:cogitare quoq;,ac triſtari,& vigilare,& iraſci,& quamplurimum laborare:fieri aũt põt,vt
idem homo per id tempus venere ſit vſus frequenti,& in Sole,maiore ex parte verſatus,& medi-
camenta,quę ſiccent calfaciantq;,biberit,veluti aliqui Theriacen,non nulli Ambroſiã,alij Atha-
naſiam:ſcimus enim profectò medicamenta à iunioribus medicis eiuſmodi nominibus vocari:
Cui ergo omnia iam dicta per ætatem contigerunt,hũc, neceſſe eſt, calidum & ſiccum reddide-
rint,ac propterea eo habitu,qui amara bili abundet:quãuis antea optimi ſucci fuerit. Itaq; etiam
ex omnibus ſupra dictis cauſis facile febricitabit.Ad eundem modum, & ſiquis naturaliter boni
ſit ſucci,ac locum temperatum incolat,ſi illinc ſe in alterum locum,qui calidus ſit & humidus,ve-
ris tempore tranſferat,idq; ſtatu cœli calido humidoq;,tum omni victus ratione calida humidaq;
vtatur,is quoq; ſimiliter illis,qui natura ſunt putredinoſa,tum cæteris tentabitur morbis, quibus
illi:tum febricitabit non ſolum aliſs,ſicut illi ex ijſdem cauſis, febribus,ſed etiam nõ minime dia-
riſs,de quibus nunc inſtituimus.

Quæ

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Quæ inter Diarias febres, in acutas, aut multorum dierum, promptius, ac facilius pertranseant. CAP. 8. E

CVm vero octo intẽperies in vniuersum sint, vt ostendimus, opportunissima ad febres est calida & sicca. Ac, nisi quis hãc, vt dictum est, cibet, ocyssime in ea mutatur diaria febris in acutam. Propinqua huic est, præsertim quod ad febrem attinet, quamuis ad alia sit deterior, calida intemperies & humida. Tertia ab his intemperies est simplex illa, ĩ qua oppositio altera recte se habet, vtiq; quæ ex humido & sicco constat, in altera calidũ exuperat. Quippe opportunior est hæc, q̃ cæteræ, quæ sequuntur, tum vt omnibus supradictis occasionibus lędat, tum ex diarijs in†{plurium dierum}-febres transeat. nihil. n. alienum fuerit eas sic appellare. Huic proxima est, quæ in calido & frigido debitum modũ seruat, cæterum siccum elemẽtum habet humido præualens. Ab hac deinceps media omniũ est. s. quæ mediocritatẽ in vtraq; oppositione seruat. Quatuor, quę reliquæ sunt intemperies, neq; facile febribus occasione iam dictarum causarum patent: neq; diaria tentatæ, si inediam tolerant, in pluriũ dierum febres transeunt: immo aliquæ saltem earum, vbi redundantiam humorum citra corruptelam contraxerunt, (contrahunt aũt eiusmodi intemperies assidue) vtilitatem ex inedia sentiũt: ac potissimum, quæ frigida est & humida: Ab hac, quę humida est: Tertio loco, quæ frigida: Quarto loco, quæ sicca est & frigida. Siquidem post diarias febres discussas, vbi coactus quispiam nulla necessitate est mirificam diatriton transmittere, alia quidem F nulla in frigidis temperamentis ex inedia febris excitabitur: lædetur tamen ipse siccus & frigidus corporis habitus quàm maxime, vt, nisi lõgo tempore, redire ad naturã, qui ea sunt intemperie, non possint. Cęterum, siquod forte fortuna his adsit acquisititium humorum vitium, fieri potest, vbi in fame & illoti per triduum custodiuntur, vt ex diarijs in plurium dierum febres immigrẽt. At, q̃ sicca quidẽ corporis natura est, sed in altera contrarietate tẽperata, ea in longioribus inedijs gracilescit magis, q̃ quæ sicca est & frigida, reficitur tñ facilius, cum idoneum nacta est victum.

Quo pacto curatio, ac victus ratio instituenda sit, cum dissidentes indicationes in Diarijs febribus coierint. CAP. 9.

ENimuero eiusmodi omnibus victus ratio alteranda est, multo profectò magis, q̃s ijs, de q̃bus primum omnium est dictum, nempe calido & sicco, item calido et humido. Quippe, qui frigidus & humidus natura est, quoniam calido siccoq; in vtraq; intemperie contrarie est affectus, cõtrario nimirum vtetur victu. Melius tamen est non absoluto sermone/contrario/dicere, sed ex solius temperamenti indicatione, quando ex eo, ꝙ eadem febri febricitant, nõ diuersam, sed omnino eandem sortientur indicationem. Dictum nãq; sæpenumero iam est id, quod secundum naturam est, similia semper postulare: quod præter naturam est, contraria. Siquidem, quod naturali- G ter se habet, custodire: quod præter naturã est, tollere oportet. Porrò febris omnis præter naturam est: ideoq; victus rationem humidam frigidamq; exigit. Temperamenta vero ipsa aliàs similia, aliàs postulant contraria. Quæ enim vitio carent, similia perpetuo: quippe quæ seruare expedit: Quæ vitium habent (veluti in opere de sanitate tuenda est dictũ) aliàs similia, aliàs contraria. Idq; merito accidit, cum nec ad vnguem naturaliter se habeant, (quomodo enim essent vitiosi?) nec prorsus præter naturam, quando, qui sic a ttemperati essent, perpetuo ægrotarãt. Ergo similia desiderant, tum in alijs, de quibus mox dicetur, tum vero in vlceribus omnibus: monstratum. n. id sæpenumero iam in superioribus est: Contraria vero in eo victu, qui per sanitatem adhibetur: veluti in libris de sanitate tuenda docuimus: Sed neq; hæc perpetuo, sed tum, cum corrigere intẽperiem eorum studemus. Quippe duplex nobis in ijs, qui sani sunt, finis proponitur: Nẽpe vel corpus sanum in pristina eius temperie tueri: vel etiam hãc meliorem reddere. Sic igitur, arbitror, in ijs, qui diaria febri laborant, cibandis, vel vni febrili affectui contrarium, vel etiam ipsi laborantis intemperamento desumam. In ea tamen natura, quæ haud dubie in medio temperamento est, ab ipsa febri contrariorum indicatione accepta, eatenus humidũ frigidumq; victum adhibebimus, quatenus siccius calidiusq;, quàm ante, iam redditum corpus apparet. Verum hoc tũ perspicuũ, H tum indubitatum est. Reuertamur autem rursus ad intemperatas naturas. Nam, quoniam eas (sicut in libris de sanitate tuenda est proditũ) licet, &, quales accepimus, seruare, licet & ad melius trãsferre, satius, arbitror, est, cum planè valent, non cum ægrotant, vel de se queruntur, victus illis rationem mutare. Gaudent. n. naturæ consuetis semper, vt & Hippocrates euidentissimis argumentis in libro de acutorum victu adstruxit, & in omnibus, qui se secundum naturam habent, manifeste apparet. Quòd nanq;, qui sibi iam displicent, extra cœtum eorũ, qui secundũ naturam habent, sint ponendi, id nemo, qui compos est mentis, dubitet. Cæterum, ij an præter naturam se, an non naturaliter solum habeant, id vtiq; quis æstimandũ duxerit. Atqui, si ex ipsa cõsuetudine indicationem aliquã sumi conueniet, si quidem multo iam tempore intemperatas naturas contrario victu ei, quæ vicit, intẽperiei cibauimus, ita etiã, & cum parum ex sentẽtia se habẽt, faciemus. Sin minus, quæ similia temperamento suadet, indicationem præferemus. Ita vero et Hippocrates mihi sentire videt, vbi ait: Humidus omnis victus febricitantibus est idoneus: potissimũ aũt pueris, & alijs, qui ita cibari sunt sueti. Febricitãtibus. n. inquantum febricitant, ex ipsa contrariorum indicatione humidus victus conducit: pueris, ex similium. Eodem aũt modo & eã, quæ à consuetudine præbet, quo eã, quæ ab ætate dat, accepit. Nã & ætas, cũ ex ijs sit, quæ natura nobis insunt, similem

† πολυημέρους.

A similẽ sibi victũ postulat. Et, quæ à consuetudine indicatio sumitur, sic sumpta est, sicut ea, quæ ab ætate. Quippe seruare quoq; hanc iubet, perinde ac proprium ætatis tẽperamentum. Itaq; et nos tum ex oibus, quæ circa ęgrũ spectant, eius, quod conducit, inuentionẽ moliri: tum, qñ indicationes oẽs secum consentiant, & qñ inter se dissentiant, inspicere semper conueniet. Oibus. n. consentientibus, vnã prorsus victus speciẽ constituemus: Dissidentibus vero inter se, quæ valentiores, ac plures sint, præferemus ita, vt victus species, quam hę præscribant, præferaẽ, sic tñ, vt ne cõtraria sit neglecta. Porrò prælatio hæc aliàs vtriſq; in vniusauxilij materiã mistis perficitur, aliàs seorsum sumptis. Ac cõis quidem hæc rõ est omniũ, quæ inter se cõplicatæ sunt, contrariarũ indicationũ. Quo aũt hanc ad vsum conferre oporteat, cum aliqñ ipsi morbi coeuntes sint contrarij: aliqñ morbus vnus sit, sed qui contrariã indicationẽ subijciat, aut naturali laborantis temperamẽto, aut ei, quod nunc acquisierit: præterea ætati, & consuetudini, & regioni, & anni tẽpori, in ipsa particulatim tractatione ostendã. Nunc ergo, cum propositũ nobis hoc loco sit vnicuiq; morborũ intemperiei generum idoneum inuenire victum, cõis, quem cœpimus, methodi modus, veluti sub exemplo, examineẽ. Pone. n. correptos febri esse duos homines, in regione natos educatosq; tẽperata: nunc in ea non esse, immo alterũ in calida, & sicca: alterum in humida, & frigida: pB terea eosdem diuersо esse tum temperamento, tum natura, tum consuetudine, tum ætate: ẽt sub diuersо (si placet) & anni tẽpore, & statu cœli ægrotare, sic, vt alter calidus siccusq; natura sit, ac tali victus rationi in totum insueuerit: præterea iuuenis sit, & hyeme ægrotet, idq; in humida & frigida regione, ac statu cœli simili: Alter humidus & frigidus, simili victu assuetus, tum puer ęta te, ac æstate, in calida siccaq; regione, ac simili cœli statu laboret: Quænam igitur in vtroq; horum sunt indicationes? Nempe, quæ à febricitando sumitur, cõis amborum est, ac, quæ refrigerent, & humectent, desiderans: Reliquorũ nulla est præterea cõis. Siquidem priori & propter naturam, & propter ætatem, quæ simili sibi victu fuere assuetæ, siccioris calidioriſq; temperamenti cibus idoneus est: Idemq; propter & anni tempus, & statum cœli, & regionẽ conuenit. Non enim, quæ ab his suppeditatur, indicatio similia desiderat, sed cõtraria. Alteri ex propositis, propter ætatem, & naturam, & consuetudinem similia ipsis exhibenda indicantur: propter ætatem quidem humida, modiceq; calida: propter naturam, & consuetudinem humida, & frigida: propter regionem, & anni tempus, & statum cœli, contraria: quæ & ipsa nimirum sunt tanto tẽperatis frigidiora & humidiora, quanto regiones ipsæ sunt calidiores temperatis, & siccіores. A cõsuetudine. n. semper est indicatio similium, quoad. s. ægrotant homines. At ab ætate, natura, regione, anni tempore, & * διωτημάτων .i. victus rationũ, legunt oẽs codic. grẽci. & ita oĩno legẽdũ ẽ. nõ βουβημάτων, id est præsidiorum. C statu cœli, vbi temperata hæc sunt, similium semper præsidiorũ est indicatio, siue valeant homines, siue ægrotent. Contra ab intemperatis anni tempore, statu cœli, & regione, contrariorum est indicatio. Cæterum ab ętate & natura non absolute, sed cum consuetudine. Porrò nihil in contrijs indicationibus tam conuenit expendi, q̃s magnitudinẽ †{ eorum, quæ ad indicationem coierunt.} Quã vtiq; in libris de sanitate tuenda duplicem esse ostendimus: Alteram, quæ ex ipsorũ, quæ indicant, dignitatibus censeatur: Alteram, quæ ex ipsorum (vt sic dicam) propriis substantijs spectetur. Quas ex conferendo cum mediocri, & quod secundum naturam est, accipiendas esse testati sumus. Nisi enim ita quis indicationum potestates examinet, nequeat sanè mensuram victus inuenire. Cum enim refrigerandum humectandumq; esse febris perpetuo indicet, reliquorum vero quodq;, prout dictum est, vbi concors eorum indicatio est, nullum exhibetur negociũ: vbi discors, pro pluribus ac potioribus formari victus ratio debebit. Siquidem in modo proposi tis, ex eo, quòd febricitant, communis refrigerantium ac humectantium indicatio præstatur, non tamen ex cæteris. Sed cuius tum ætas, tum temperamentum vnà cum consuetudine, tum regio, tum anni tempus, & cœli status humectantia refrigerantiaq; exhibenda indicant, hunc haud dubium est non solum humectandum refrigerandumq; esse, sed etiam nec leuiter hæc, nec vtcunq;, D facienda esse, immo planè magnopere ac vehementer, omnibus scilicet indicationibus idem dictantibus. Cuius vero reliqua omnia refrigerantem quidem humectantemq; victum, quemadmodum & febris, non indicant, sed contrarium ipsi, calfacientem scilicet & siccantem, vtiq; ambiguitas pugnaq; indicationũ inter se oritur: quo casu magnopere opus est, tum numerum indicationum, tum magnitudinẽ simul conferas. Quippe, quæ à febri sumitur, ea reliquis, qñ omnes cõtrariũ faciendum præscribunt, numero quidẽ inferior est, magnitudine tñ, quæ ex dignitate, aut potestate, aut quomodocunq; appellasse libet, spectatur, vtiq; superior est: potissimum, si longe à natura recessit. Quippe duplex tum magnitudo illi accedit, & quæ ex febris genere prouenit, q̃ omnibus est cõis: & quæ propria, suaq; ipsius est. Siquidem, & quia febris plus cæteris omnibus solicitos nos habet: & quia, præterquam, ꝙ febris est, etiã magnitudo illi notabilis accessit, idcirco iunctas cũ ea conferri, atq; expẽdi. Ac, si quidẽ pares videantur, neq; febris indicatio præ feret sic, vt humectandum & refrigerandum sit: neq; etiam reliquorum sic, vt calfaciendum ac siccandum sit, immo media victus ratio, vbi ita se corpus habet, eligẽda erit. Sin altera indicatio exuperet, tã tum recessisse à temperato & medio victu par est, quãtum ea, quæ pollent, sua contraria superant. Ergo tum exercitatum in his omnibus, tum natura prudentẽ esse medicũ conueniet, quò cuiusq; indicationis

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

indicationis poteſtate diligenter conſiderata, omnibuſq; inter ſe collatis, vnã idonei victus ſum- E
mam, quæ laboranti ſit cõmoda, comparet. Ac diariarum quidem febrium indicationes ex his ge
nẽribus capiuntur, raroq; accidit, ſi alicubi à laborantis virium modo: cum febrium, quæ pluribus † ſcopis.
diebus affligunt, indicationes, tum viriũ reſpectum neceſſario adhibeant, (non enim leue in his
conſilium eſt, quod à viribus petitur) tum cauſarum, quæ ipſas excitant, exceptis tamen hecticis:
vtpote quas nulla accendit cauſa, quemadmodũ nec corpus id, quod iam habitu calorem ignis in
ſe ſuſcepit, ſiue id lapis, ſiue lignum ſit. Illud nãq; cõe cum diarijs habent, q videlicet nõ amplius
fiant. Differunt autem in eo, q diariæ in leui (vt ſic dicam) affectu (κατὰ σχέσιν Græci vocant) calo-
rem habẽt: hecticæ in habitu, qui ægre ſoluatur. Licet etiã, dicas eã quoq;, quæ à viribus ſumitur,
indicationem tum in reliquis omnibus morbis, tum in diarijs febribus ſemper adhiberi, nobis ta-
men in præſenti diſputatione opus ea, nõ eſſe propterea, q ex prima quidem ratione nõ indicet,
ex accidenti vero indicet. De eo vero accidente in ſequentibus diſſeremus.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, F LIBER NONVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Curandi ratio febrium continentium, ac ordo, & dignitas indicationum, quibus curatio vniuerſa continetur.

De tranſitu Diariarum in alias febres, ac de ipſarum perduratione. CAP. 1.

Iariarum, ò Eugeniane, curationem in libro, qui hũc præcedit, expoſui, totius p
poſiti operis octauo. Eſt autẽ huius febrium generis vnica acceſſio, vno plurimum die ex ipſius ſaltem natura circunſcripta. Quippe, quæcunq; vel p medicorum ignorantiam, vel egrorum intemperantiam, vel miniſtrantium errorem in eiuſmodi febribus cõmiſſa in aliud ipſas genus transferunt, hæc ſuæ naturæ ſponte non incidunt. Non. n. eſt profectò mirũ, ſi per ea, quæ delinquũtur, non G
ſolum porrigatur, aut in aliud genus tranſeat morbus quiuis, ſed ẽt, cũ prius nõ eſſet, nunc excitet. Nã cũ ijs, q integri ſunt, delinquere nõ ſit tutũ, haud quaquã id ægris ſine diſcri
mine cõtingat. Reliqua vero cũ ſint genera duo, (veluti in libro de febriũ differẽtijs eſt oſtẽſum)
alterum ex humorũ putredine naſci docuimus: alterũ, quod iã ſolidas aĩalis particulas occupauit,
hecticũ nominãt. Tranſeunt ſæpe aũt diariæ febres, veluti ſuperius oſtẽdimus, in vtrunq; genus,
niſi quis eas cõmode tractet. Veluti aũt in cæteris rebus oĩbus, quæcunq; vno genere comprehen
ſæ ſocietatem in naturis habent, ac propterea mutuo in ſe tranſire valent, tertia quædã formula in
tranſitu ipſarum exiſtit, q̃ neutrius extremitatũ formã planè exhibet, ita nimirũ & in diariarũ fe-
brium trãſitu imagineris, licet, alterũ quoddã genus in tranſitu exoriri, quod neutri extremitatũ
ſit idem. Ac primũ quidẽ de hoc diſſerẽdum eſſe mihi vr: quò, ſicuti reliqua, etiam ipſum tum pro
tinus noſcaſ, cũ incidit, tũ ſic inhibeatur i primo ortu, ne aut ægre ſanabile, aut inſanabile poſt, q̃p
auctum eſt, euadat. Cæterum, medium id cũ inciderit, nec noſſe ij poſſunt, nec ſanare, qui extremi
tatum, quarum eſt medium, ſpeciem ignorant. At tibi, qui præſertim non ſolum diariarum, ſed
etiam reliquorum duũm generum notas intellígis, vbi vel diariarum notæ aliquatenus ſunt alie-
natæ, vel reliquarum notæ ſimul apparent, haud difficile fuerit iam tranſitum ſuſpicari. Ergo ex H
aduſtione, cruditate, laſſitudine, vigilia, animi perturbatione, vel bubone, qui ex euidenti aliqua
ſit cauſa, nunquam ad tertium vſq; diem progredietur febris acceſſio, niſi quid delictum circa la-
borantem ſit. At, quibus ſtipatio febris occaſio eſt, ijs ẽt vltra hos porrigi acceſſio poteſt. Nã, quo-
niam ſtipatio vel obſtructis exilibus meatibus, vel cõiuentibus, vel etiam corpore ipſo immode
gerent, vel facultate: præterea pharmacis ſimilis generis: pari modo ijs, quæ cutim ſiccent, veluti
Sole feruente: nec minus ẽt ijs, quæ denſent, veluti dura cum ijs, quæ frigefaciant, frictione & de-
tineri intra corpus ceu fumida fuliginoſa ve excrementa, & ab ijs febrẽ accendi: verũ ex his den-
ſationem quandam corporũ ipſorum fieri, ac veluti exiguorũ meatuum conniuentiam: obſtruc-
tionẽ vero vel ꝓpter glutinoſos, vel craſſos, vel copioſos ſuccos incidere: quinetiam febres, quaſ
mã acceſsionẽ, ſiquis recte eas tractet, & vere diarias tũ eſſe, tum appellari: at, quæ ex obſtructio-
ne creãtur, ſi hæc puſilla ſit, ſoluí ipſas quoq; ſimiliter, vt alias diarias, ſiquis eas legitime ſanet. Sin
valenter impacti humores ſint ſic, vt valentius aliqd, quod eos eximat, deſiderent, eas febres por-
rigi vltra vnum diem neceſſe eſt, ac diariarum febrium genus videri egreſſas. Quomodo. n. dici

vltra

A vltra diaria febris poteſt, quæ in tertium vſq; diem extenditur, quando ex ipſa nominis ratione in
ſecũdo eam deſiſtere par erat. Dictum enim ſupra eſt vigintiquatuor horas eſſe ſic appellatę diei
ſpatium: vtiq; vt cum nomine diei, nox quoq; vnà comprehendatur. Atqui, ſi neq; humor putre-
ſcens ſubſit, nec corpus ipſum febrilem calorem, vt habitũ, ſuſceperit, à duobus generibus diuer-
ſum ſit. Aut ergo aliud præter tria iam dicta genus eſſe in prima febrium diuiſione dicendum eſt:
aut appellatione pro nihilo habita diarias ipſas nominare oportebit. Neq; enim profectò de ſub-
ſtantia ipſa talium febrium eſt diariæ vocabulũ. Verum conuenienti nomine deſtituti, clarioris
ſimul breuioriſq; doctrinæ gratia, ab eo, quod ſæpius eis accidit, nomen indidimus. Ac natura q.
dem eadem his eſt, quæ diarijs, nomen autem non idem.

Quæ ſint febres, quæ ſynochi appellantur, & quæ ipſarum enumerentur inter Diarias. CAP. 2.

Siquidem, in quibus vna acceſſio ab initio ad finem perpetuo manens, in multos dies porrigit, S
eas febres ſynochos, id eſt continẽtes, appellant, non illi quidem græco nomine vſi, cæterum
ſolœciſmum committendum potius rati, quàm formam ipſarum ſine nomine linquẽdũ. At non,
ſicuti idea vna eiuſmodi febrium eſt, à qua ſynochos eas nominãt, ita & natura ſimplex vnaq; eſt.
Quædam nanq; earum manifeſtam habent putredinis notam: quædam prorſus non habẽt, quas
*παῦλαν. al. διάλειμμα. B nimirum ex diariarum febrium genere eſſe diximus. Cum. n. acceſſionis rẽmiſſio ex feruentium
humorum tranſpiratu contingere ſoleat, non tranſpirant autem in vehementi ſtipatione, neceſſe
eſt multorum dierum fieri acceſſionem. Igitur, vbi in tali febri nulla ſubeſt occaſio, quæ alterius
acceſſionis principium excitet, vltra hoc, q multorum dierum febris eſt, nec inuaſionem alicuius
† ἐπισημασίας. †{febrium ſignificationis} facit, ſed permanet ab initio ad finem vna febris, quæ nec quotidianę,
* ἐπισημασίαν. nec tertianæ, nec quartanæ notam præferat. Cæterum, cum me audis dicentem, vbi vehementer
ſtipata corpora ſunt, cohiberi intra corpus febrile calorem, non ita factã prorſus dẽſitudinem pu-
tandũ eſt, vt nullũ ex ijs humoribus, qui tenuati admodũ ſint, effluere foras ſinat: cũ nec, ſi de oſſi
bus ita dixeris, id verum ſit, nedũ carne & cute. Verũ, cum à feruentibus humoribus vapor attol-
latur plurimus, effluat autẽ foras exiguus, hunc, qui relictus eſt, febrem ſeruare eſt neceſſe, neq; id
modo propterea, q ipſe manet, ſed etiam propterea, q, quę proxima ſunt, adurit.

Quo pacto febris continens cum putredine, aut ſine putredine oriatur. CAP. 3.

Quoniam igitur ex duobus his ſeruari febris poteſt, & quòd totus vapor non tranſpiret, &
quòd idem vapor ea, quæ contingit, etiam excalfaciat, neceſſe eſt tres eſſe in ſynochis febri
bus differentias: nempe vel pari permanente magnitudine ea, quam in prima acceſſio-
C ne ſummam habuit: vel adijciente ſemper exiguum aliquid, diminuente ve: atque hæc vel æqua-
liter faciente, vel inæqualiter. Ac, ſi quidem, quod accenditur, ei, quod tranſpirat, par fuerit, nec
augeri, nec minui febrilis calor cernetur, ſed perinde ſibi ſimilis permanebit, ac ſi nihil illi adijce-
retur, aut demeretur. Quippe ad æqualitatis cuſtodiam, nihil intereſt, ſeruetur ne eadem aſſidue
ſubſtantia: an ei, quæ vacuatur, par ſit ea, quæ adijciatur. Verũ, ſi altera earum vicerit, vtiq; ſi, quæ
vacuatur, minui febrem neceſſe eſt: Sin, quæ adijcitur, omnino increſcere. Sed nec illud ſanè quẽ-
quã latet, q, cũ ex febribus altera magis minus ve, quàm altera, tum augetur, tum minuitur, id ob
exuperantiæ imparitatem neceſſario accidat. Nam, vbi aliàs ampliore menſura, aliàs minore vel
febrium generatio, vel trãſpiratio exuperat, nec ijs, quæ augẽtur, omnibus par eſſe auctio: nec ijs,
quæ minuũtur, demptio omnino poteſt, immo plurimã eſſe tum exceſſus, tum defectus differẽ-
tiam eſt neceſſe. Atq; vnum quidem hoc (ſiue genus, ſiue ſpeciem, ſeu quiduis aliud appellare li-
bet) *συνόχων*, id eſt continentium febrium eſt, quodq; ex eadem cum diarijs natura conſtat. Alte-
rum eſt, vbi in omnibus vaſis, ac potiſſimum maximis, æquabiliter ſucci putreſcunt. Eiuſmodi fe
brium in gracili & frigido corpore neutra conſiſtere ſolet: ſed plurimum in ijs, qui ſanguine abũ-
* πολυσάρκοις dant, & corpulẽtis gigni cernuntur. quando nec obſtructio citra putredinem excitare febrẽ va-
D let, niſi id, quod tranſpirat, & copioſum ſit, & calidum: nec humorum putredo in omnes, quæ in-
ter inguina & alas interſunt, venas æquabiliter ac cito porrigi in frigido habitu poteſt. Debent
enim {ſemper} quæ putreſcunt, tum calida humidaq; eſſe, tum vero difficilem tranſpirationem
habere. Eoq; fit, vt nec in frigida ætate, nec in frigido corporis temperamento, ſiue id ab initio cõ
ſtitit, ſiue modo frigidum ſit factum, continens excitetur febris: ſed nec in gracilibus, vel qui raro
ſunt corporis habitu: Immo tum ætate, tum natura, tum acquiſititio temperamento, quæ calida
ſint, ac præcipue ſi & carnoſus, {& bono} ac multo ſanguine affluens, & denſo corpore æger ſit,
aut etiam calidis excrementis refertus. Proinde fit, vt, qui ita febricitant, ijs et pulſus maximus ſit,
† σύγκρισις. i. cõ & æqualis, & vehemens: quibus etiam arteriæ habitus, nec durior, quàm pro natura, eſt, nec mol-
ſiſtentia. lior, celeritatis tamen frequentiæq; eò peruenit, quò febris ipſa magnitudinis. Atq; hæc quidem
ambarum ſunt communia: alteri vero priuatim putredinis inſunt notę, idq; tum in lotio, tum pul
ſu, tum caloris ingrata qualitate.

Adoleſcentiũ duorũ curatio, quorum alter continente ſine putredine, alter cum putredine febricitabat. C. 4.

Ac tibi exẽpli cauſa redigã in memoriã adoleſcentes duos, quos vnà mecũ vidiſti. Erat alter
eorum liber, & palæſtræ peritus: alter ſeruus, haud inexercitatus ille quidẽ, cæterũ in palæ-
ſtra parũ vehemẽs, nec tñ ad quotidiana, quæ ſeruũ deceant, tum exercitia, tũ opera tractanda nõ

idoneus.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

idoneus. Porrò liber continenti citra putredinem febri laborauit: seruus continenti cum putredine. horum vtriq; quænam sit adhibita curatio, non intempestiuum dictu nunc arbitror: quando quidem in exemplis exercitari, quidnis discentes maxime expedit. Neque. n. satisfaciunt ad exactam cognitionem vniuersales methodi. Sunt autem exemplorum ea pro potioribus habenda, quæ ipsi oculis vsurpauimus. quando, si omnes, qui docere scribere've aliquid sunt aggressi, ea prius operibus ostendissent, prorsus paucula quædam falsò dicerentur. Nunc vero pleriq; alios docere tentant, quæ nec ipsi vnquam fecerunt, nec alijs ostenderunt. Cęterũ vulgus medicorum, nihil miri est, si contemptis bonis moribus, opinioni sapientiæ magis, quàm veritati inhiat. Verum non sic fuit ratio nostra. Non enim heri, aut nudiustertius, sed statim ab adolescentia philosophiæ studio capti, primum nos ad eam contulimus: Mox patris euidenti insomnio moniti ad medicinæ studium excolendum venimus, ac per totam vitam operibus magis, q̃ verbis, vtrique studio incubuimus. Quo minus mirum est, si, in quo tempore alĳ totam vrbem salutando lustrãt, & cum diuitibus cœnant, ac eosdem comitantur, hoc omni sedulo nos laborantes, primum quidem omnia, quę veteribus pulchre sunt inuenta, didicimus: mox eadem opere tum indicauimus, tum exercuimus. Ergo, qui palæstræ peritus iuuenis erat, vbi febricitare hora prima noctis cœpisset, postridie eum mane circiter horam diei tertiam vidimus. Cum autem inuenissem febrem admodum calidam, sed pulsus æquales, & maximos, & celeres, & frequentes, & vehemẽtes: tum caloris qualitatem, quæ tactum minime morderet: iam vero & vrinas tum crãssitudine, tum colore à naturali habitu non multum alienas: audiens præterea hominem circiter triginta dies exercitationis consuetudinem intermisisse, pridie tamen exercitasse se vehementius, cæterum non multum, sumpsisse autem solitos cibos, atq; eos concoxisse, quamuis tarde & egre, vrpote cum febris vespere occupasset: cum interim rubicũdus plenusq; homo appareret, atque etiam plenitudinis sensum se percipere diceret: faciente interim quodam eorum, qui aderant, de vena secanda mentionem, visum nobis est eius auxilĳ considerationem in aliud tempus remittere, simul vt certius sciremus, cuius generis febris esset: simul necessario propter eam, quæ præcesserat, concoctionis tarditatem. Cum autem vesperi similem vigorem tueri febris est visa, ceu nihil sensibiliter remittens, suspicio iam erat synochon esse, hancq; ex obstructione, & sanguinis abundantia, & præ carnis copia stipatione. Ac, cum parem magnitudinem per totam noctem febris seruaret, postero die visum est medicis omnibus, qui eum inuiserant, sanguinem esse mittendum. Discordia vero orta de tempore, et vincentibus, qui id in sequẽtẽ diem differendum suaderent, febris per totum eum diem euidenter visa est vigorem suum augere. Mox tertia sequente nocte, alia quidem accessio minime incidit, quæ primæ ad portionem responderet: erat tamen æstus ipse laboranti intolerabilis: vrgebatq; cum tensio totius corporis, vtpote repleti, tũ capitis pulsatio: atque ob hæc grauis vigilia, iuuene in aliam aliàs se figuram iactante. Itaq;, cum vltra ferre non posset, hora noctis circiter octaua mittit ad me ministrum, rogatq;, ad se ocyus veniam. Ipse annuo, atq; ab eo: in ueniocq; febrem calidissimam, pulsumq;, qualem prædixi. Quoniam autem nec in hoc, nec in lotio, nec in ipsa caloris qualitate indicium aliquod humorum putrescentium apparuit, optimũ factu visum est venam incidere ante, quàm putredo inciperet. Aufero itaque ab homine eouscq; de industria sanguinem, quoad animo linqueretur, maximum plane vbi valentes vires sunt, continẽtis febris remedium: id quod tum ratione, tum experientia didici. Primum nanq; in contrarium statum agitur corpus, celerrime ex animi defectu refrigeratum. Hoc vero nemo inuenire potest, neq; quod ipsis ægris, neq; quod naturæ, quæ animantes gubernat, iucundius vtilius've sit. Postmodum in eiusmodi corporibus necessario superuenit alui deiectio, non nunq̃ etiam bilis vomitio: quas res statim à toto corpore madores sudores've excipiunt. Quæ nimirũ oĩa, cũ huic quoq; contigissent, protinus febrẽ extinxerunt sic, vt quidam ex ijs, qui aderãt, iugulasse me febrem per iocũ dicerent. vnde oẽs risimus. Verum, quò narrationem oẽm absoluam, nihil mali erit paucula addidisse. Post duas nanq; à sanguinis missione horas paulo nutrimenti dato, ac iusso quiescere, discessi. Quinta vero hora reuersus, tãm profundo somno indormientem inueni, vt tangentem me prorsus non sentiret. Cum vero & ministri adeo illi altum somnum fuisse dicerẽt, vt nec, cum madores eius abstergerent, expergisceretur, suasi ita facerent: esse nanq; hominem iam prorsus à febri liberum. Reuersus aũt & decima rursus hora, ẽt tunc dormientẽ inueni. Egressus aũt iterũ ad alios visendos ægros, redeo hora prima noctis, non tamen, vt ante, tacẽs, sed voce de industria sublata, quò ægrum à somno excitarem. Quod cum ita accidisset, vbi solo ptisanæ cremore ipsum nutriui, abĳ. Cuius modum postero die augens, tertio lauatum dimisi. Ac, quæ ad hunc pertinebant infirmum, ita sunt gesta. Quę vero ad alterum, nunc dicam. Is, cum toto die multum laborasset, deinde lauatus paucula comedisset, cœpit nocte febricitare, totum ẽt continuans sequẽtem diẽ. Hunc nos post secundã noctẽ vidimus, in cæteris quidẽ oĩbus iam dicto iuueni similiter affectũ, verũ putrescentiũ humorũ euidentes præbentẽ notas. Itaq; vena quoq; huic protinus incisa vsq; ad animi defectum vacuauimus. Post id, idoneo interposito spatio, cibauimus primũ mulsa, deinde vna interposita hora, ptisanæ cremore. Atq; hæc oĩa intra quintã acta sunt horam. Cũ autẽ similis sibi perseueraret febris, synochon eã fore ex putredine expectauimus: Itaq; accidit. Quippe cum

*συρόσεσι, i. cõfistentia.

A pe cum eam secunda noctis hora pari magnitudine cerneremus, tertiæ diei accessionẽ, futura'ne esset, an secus, diligenter obseruare volebamus: cuius in septimam horã noctis suspicio erat. Itaq;, cum summo mane superueniissem, inueni, quod expectarã. Nam nec tertiana inciderat accessio, febrisq; remissior paululo, cĳ vesperi fuerat, apparuit. Vt aũt rursus hominẽ meridie vidi, eratq; iam certissimũ & febrẽ decreuisse, & synochon febrem esse, sed quæ {assidue} decresceret, satius visum est tum quoq; hominẽ similiter nutrire. Quarta vero exacta nocte, manifeste minor etiam quarto die erat. Quo rursus quoq; ad eundem modum homine cibato, aduertimus tum illo die toto, tum, quæ hũc secuta est, quinta nocte magnitudinẽ remittere sic, vt quinto die liquido planè appareret minor esse febris, cĳ ante. Itaq; ad portionẽ minuentis se febris, vrinæ quoq; concoctio processerat. Eratq; haud obscurum septimo (id quod factum est) finiendã. Hanc igitur planè continentem ex humorum putredine febrem, & quæ assidue decresceret, vidimus. Multas vero alias cõtinentes conspeximus: quarũ aliæ crescentes: alię similẽ tenorem seruãtes erant: (Illas Epacmasticas: has Acmasticas, vel Homotonus Græci vocant) Aliæ, ceu quam modo memorauimus, decrescentes, quas Paracmasticas dicunt. Aliæ rursus in primo die putredinis notas habuerunt: aliæ in tertio, aut certe ad summum quarto, idq; aliàs medicorum ipsorum insciția, qui sanguinem nõ
B miserant: aliàs laborantiũ ipsorum timiditate. Siquidẽ eorũ, qui ex sola obstructione febricitarẽt, nemo in putredinis febrem incidit, qui prius sanguinem miserat: Quem, vbi valida vĳrtus subest, & ętas permittit, vsq; ad animi defectũ mittere expedit. Vbi horũ alterũ non satis respõderit, tutius ẽ quantũ satis visum fuerit, tĩn principio detrahere: quod defuit, iteratione supplere. Etenim hoc præsidio omisso, qui ita febricitant, in summum discrimen veniũt, nisi si eos vel virium robur, vel largũ sanguinis profluuiũ, vel sudor copiosus ex manifesta pernicie eripiat. Et tĩn non nulli ex medicis sunt, qui, tametsi manifestissime videt naturã sanguinis profluuio nõ paucos eorum, qui sic periclitentur, seruare, tĩn sanguinis missionẽ fugiant, nullam nec experientiã, nec veram rationem secuti. Cæterũ hos mittamus, disputato præsertim contra illos abunde vno integro libro, qui est de sanguinis missione contra Erasistratum scriptus: ipsi vero ad propositum reuertamur.

De ratione curandi continentes febres per venæ sectionem & frigida exhibitionem. CAP. 5.

ERat vero in presenti disputatione propositũ de ijs febribus disserere, quæ ex stipatis p obstructionem meatibus oriũtur. Quas, si sine putredine consistant, ex diariarum esse genere dixi. Sin ijs putredo aliqua vel ab initio statim, vel postmodum superueniat, vbi in oibus venis, ac præcipue magnis ea constitit, continentes excitari febres: vbi in vnica animalis parte, febres, quæ cer-
C to ambitu accedant. Verum de his postea. Quod aũt & bis, arbitror, & ter, & sæpius, iterumq; dicendum est, qui ita laborant, si recte curabũtur, ijs sanguinis missio est adhibenda: qñ, quibus corpus ex succorum abundantia inhabile ad transpirationem iam redditum, tĩn caloris congessit, vt inde iam febriciter, ijs tĩn sanguinis est detrahendum, quãtum vires tolerant. Pro certo quoq; habendum, nisi ijs, qui hoc per naturã sunt habitu, id adhibeatur præsidiũ, fore, vt vel suffocẽtur, vel certe syncope prehendi oĩno periclitentur, nisi (vt dictum est) eos vel virium robur, vel plurimus sudor, vel largum sanguinis profluuium à morte vindicet. At illud vel me tacente constat, ijs præsertim, qui librũ de plenitudine studiose perlegerunt, quanq̃ & nunc quoq; à me dicetur, non esse nunc nobis de ea abundantia sermonẽ, quæ ad virtutem cõparatur, (quippe quæ nec sic obstruit venarũ ora, vt refrigerationem prohibeat, nec tunicas earum distẽdit, nec ruborem, nec tumorem inuehit, multoq; minus vel carnis vel cutis transpirationem moratur) verum de ea, quæ contineri à vasis vltra nõ valet, quæq; ob id ipsum tum perrumpere vasa, tum recludere solet, reliquaq; modo dicta symptomata inducit, obstructionem, distentionẽ, tumorem, ruborem: de hac, inquã, mihi omnis sermo tum habitus est, tum vero nihilominus habendus. Siquidem copia hæc, dum bonitatem suam seruat, vt pariter augeri cum robore virium est nata, ita, siquãdo has grauat, nec de ęta-
D tero augebitur, & bonitatem naturæ amittet. At, si † {naturalem semel bonitatem amiserit,} fieri nequit, vt nõ putrescat: quandoquidem nec aliud vllum ex ijs, quæ foris sunt, humidũ calidumq; corpus manere imputrescibile cernimus. Ergo festinare ad sanguinem detrahendũ oportet, quo vẽnarum natura ex transpirando ventilandoq; naturalẽ temperiem seruans, humoribus eo, quo inter initia, modo dominetur: qñ, si ad intemperiẽ versa laborabit, metuendũ est, ne hi putrescãt. Excitatur aũt intemperies in ea ex febris calore: Quẽ, siquando rudis quispiã medicus auxit, non vacuata stipationis causa, in incerto reliquum omne remedium est. Vbi nanq; emitti abundantia postulat, calor autẽ refrigerari, pugna discordiaq; inter ipsa sanandi oritur remedia, scilicet ijs, quæ refrigerent, quamuis temperiem naturæ concilient, saltem abundantiam intra corpus detinentibus: quæ vero rarefaciẽda cute hanc educant, oĩbus calfacientibus, sic, vt, si abũdantiam emittere velis, febrem augeas: si febrem refrigerare, abundantiam moreris. In hanc consilĳ inopiam deueniunt, qui statim à principio non vacuarunt, Erasistrati persuasione inducti: qui nec spontanea sanguinis profluuia potuit imitari. Optimum igitur factu est (id quod nos semper in re quaq; facere vidisti) statim non numero dierum, sed vni virium robori, in febribus eius generis attentum esse: quippe quod si seruatum est, non solum sexto septimo'ue, sed etiam sequentibus diebus sanguis est mittendus. Quòd si curare aliquando infirmũ cogeris, cui non solum antea secãdæ venæ

† τὸν ἐκ τῆς φύσεως κόσμον ἀπολέσειε. i. nõ amplius a natura regatur.
* τῶν ἀγγείων .i. vasorum.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

remedium prætermissum est, sed nunc quoq; vel per medicorum ignorantiam, vel ipsius laboran E
tis propinquorum ue eius timiditatem procedente tempore mittere sanguinem prohiberis, ad fri
gidam exhibendam accedes, sed diligenter ante discernens, quantum ex ea nocumentum contin
gere possit. Nam, si id aut exiguum erit, aut nullū, offerenda potui est, quę prorsus sit gelida, quan
tum bibere ægro libet: quinimmo magis id audebis, si frigidæ potioni insueuerit. Sin magnum ti
metur incommodum, ab hac quidem abstinēdum, atq; aliis auxiliis, quibus obstructio eximatur,
& abundantia vacuetur, & febris feruor deferbeat, vtendum. Porrò incōmoda, quæ frigidam po
tionem intempestiue immodiceq; exhibitam sequuntur, in his consistunt, ꝙ lentos crassosq;
†humores, siue hi obstructiones, siue putredinē, siue phlegmonen, siue, qualis erysipelas, aut scir
rhus, aut œdema est, affectum creauerint, attenuari digeriq; prohibēt. Ergo, quoties ex his febris
accenditur, atq; ad eos vacuandos frigida data non conducit, ad præsens quidem non paruum af
fert leuamen propterea, ꝙ iam accensam febrem extinguit: verum, cum causa eius adhuc perstet,
aliam denuo accendi est necesse, atq; ea, quæ præcessit, non nunquam difficiliorem propterea, ꝙ
densatum ex frigida corpus est. Atq; hæc vna noxæ species est minime contemnenda. Altera talis
est. Multæ laborantis imbecillæ particulæ, siue ita se ex naturali intemperie habeant, siue ex vitio
adscititio, à frigida lædūtur. Alij nanq; gula adeo vehemēter est affecta, vt vix deglutiret: Alij ven F
triculus sic, vt vix concoqueret: Alij ipsum ventriculi os, aut iecur, aut colon, aut pulmo, aut septū
transuersum, aut renes, aut vesica, aut tale quippiam aliud à frigida percussum ad proprium opus
infirmum est redditum. Non nulli autem ex intempestiua immodicaq; eius potione, non multo
interposito tempore, nec postmodum, sed ilico difficultate spirandi, & conuulsione, & tremore
corripiuntur: ac toto (vt semel dicam) neruoso genere lęduntur. Nec ignoro, quòd formidolosum
te ad frigidam offerendam ex ijs, quæ memoraui, redderem, nisi ea me vsum subinde vidisses, sem
perq; cum successu, nec ægrum in vllo manifeste læsisse. Quibuscunq; enim in principe particula
tumor aliquis è phlegmones, œdematos, aut scirrhi genere constitit, ijs frigidam offerre non opor
tet: Sed nec ijs, quibus obstructio putridusue humor non concoctus incommodat. Quòd si euī
dentes percipis absq; iam dictis tumoribus concoctionis notas, illud duntaxat æstimabis, sit'ne
pars aliqua temperamento adeo frigido, vt in hanc noxa procumbat. Porrò erysipelas, quod ve
rum erysipelas sit, non aliter sanaueris: At, si mistum cū phlegmone sit, in hoc concoctionis expe
ctandæ sunt notæ. Atq; hæc latius, quàm pro re nunc proposita, cum postmodum etiam forte ne
cessum erit de frigida exhibenda mentionem facere. Nunc enim altera continentium febrium ex
sola obstructione est orta: altera vero etiam cum putredine per oēs venas. Cum ergo concoctio- G
nis humorum in ijs notas videris, de quibus dictum abunde in libris de Crisi est, audacter frigidā
dabis. quippe solidarum animalis partiū natura roborata prætenuatos iam humores aggreditur
ita, vt, qui vtiles sint, atq; ad nutriendum habiles, hos quidem ad se trahat: inutiles vel per vētrem
vel per cutim eiiciat. Quòd si etiam frigidæ assuetus æger fuit, magna cum fiducia frigidam exhi
bebis, ipsa scilicet experientia iam doctus omnia viscera eius occursum familiariter tolerare. Om
nino nanq; siquod frigidum adeo esset, vt ab hac offenderetur, id per sanitatis tempus euidenter
offensam suam ostendisset: Nulla vero per sanitatem particula quicquam ab hac læsa, nec etiam
inter febricitandum quicq̄ lædetur. Vbi nanq; non nulli aquæ frigidæ potioni non assueti, tm pro
pter ardentē febrem eam bibere coacti, nullum incommodum senserunt, multo profecto minus
eorum, qui assueuerunt, quisquam lædi debet: cui etiā quasi pro munimento maximo accedit ipsa
caloris copia. Hic nanq;, cum in vasorū sinibus plurimus contineatur, vtpote tum aerea in his sub
stantia, tum etiam succis omnibus inflammatis, quantum ab frigido patitur refrigeratus, tm rur
sus calfaciendo in ipsum agit. Ideoq; minus tuta ijs, qui exiguum sanguinem carnemq; obtinent,
frigidæ potio est. Celeriter nanq; ad solidas animalis peruenit partes, nulli, quod eius vim frāgat,
occurrens. Eo etiam fit, vt hecticæ febres nec perinde eam, quæ prorsus sit gelida, nec multam de- H
siderent: ceū quæ extenuatis oīno, exiguiq; sanguinis corporibus incidant. Verū de illis post age
tur. Maxima vero continentium febrium remedia hæc duo sunt, detractio sanguinis, & potio frī
gida. Verum illa nullo non tempore, modo vires sustineant: hæc, cum & in pulsu, & vrinis, conco
ctionis euidentes cernuntur notæ, febris autem est maxima. Attendenda vero cum venæ secan
dæ indicatiōnibus sunt, tum quæ eam præcedunt: tum vero, quæ omnino excipient. Nam, si præ
cedat ciborum cruditas, tanto tēpore differre venæ sectionē iubebis, quantum satisfacere tum ad
eorum cōcoctionem, tum vt excremēta descendant, videbitur. Sin sequetur necessario vacuatio
quæpiam, tm illi de eo, quod superfluum est, relinquēdum, quantū est, per eam vacuādum. Itaq;,
si tempore mittendi sanguinis menses moueri contigerit, siue etiam hæmorrhois sit recluſa, si in
spectus fluentis impetus satis fore videbitur, qui solus, quod requiris, vacuet, naturæ rem omnē
permittes: sin minus, tantū ipse detrahes, quo ex coniunctis ambobus perficiatur, quod postulas.
Veluti autē in his ad ipsam naturalem vacuationē, quæ sensu vsurpetur, nō leuiter attentum esse
oportet, ita alibi vel ad naturam ipsam, vel ætatē, vel cœli statum. Sunt enim nō nulli ad exhalan
dos digerendosq; corporis succos natura propensi: Pueri certe propter ætatem perpetuo: Cœli
vero status, vbi calidus nimium est & siccus. Voco cœli statum ipsam ambientis nos aeris tempe-
riem:

†Linacer vertit vt impressi legunt. antiq addunt καὶ πολλούς. i. & multos.

A riem: sub qua & anni tempus, & regio comprehenditur: quādo horum quoq; vtruncq; ex ambien
tis temperie indicationem mutuatur. Propensi autē ad digerendos corporis succos sunt, quicūq;
natura sunt humidi: magisq; si accedat caliditas: Præterea, qui raro corporis sunt textu: Ad hæc,
quibus os ventris aut amara bili abundat, aut imbecillum est, aut supra modū sensile. Atq; hæ qui
dem indicationes sunt, quæ sanguinem detrahendum dehortantur. Contra postulant vnà cū affe
ctu, cuius causa primum requirebatur, habitus durus, densusq;, &, vno verbo, qui haud facile dige
ritur: tum ambiens humidus frigidusq;. Sanè merito quędam sanguinē mittendum adhortantur,
quædā dehortantur. Siquidē id pro vacuatione oīno suscipitur. At eorum, quæ cōprehensa sunt,
quædā transpirationes morantur, quædam promouēt: & quædam ad vacuandum prompta sunt,
quædam secus. Sanè transpirationem corporū prohibent tum meatuum stipatio, tum circundan
tis nos aeris humiditas & frigiditas. Contra promouēt ea, quæ his sunt contraria. Eorum aūt, quæ
vacuant, quæ calida humidaq; ac tenuia sunt, ea celerrime digerunt. Contra, quę crassa, glutinosa,
& frigida sunt, ægre transpirant. Atq; hæc quidem ad rem propositā de missione sanguinis, ac frī
gidæ aquæ potione, non ignorasse expedit. Quarum vtranq; metuentes non paucos medicos vi
disti, vtiq; imperitos. Quorum alteros Hæmophobus, id est sanguinis mittendi timidos: alteros
B Psychrophobus, id est frigidæ exhibendæ formidantes, sic græce nominamus, sicut, qui à rabido
cane sunt morsi, Hydrophobus. Sunt enim proculdubio horū quoq; aliqui præ dogmatis sui stu
dio, non leui in rabie. Ergo relictis his, quod initio institutum nobis fuerat, prosequamur, ad me
moriam reuocantes, quemadmodum sermo noster occasione cōmunium quorundā in ipsis acci
dentium, à diarijs venit ad cōtinentes. Quoniā enim obstructionis affectus, cum & ipsa exilis est,
& rite curatur, diariam febrē efficit: cum vero vel propter magnitudinē, vel medici inscitiam con
suetum diariarum tps excessit, aut continentem, aut aliquam earum, quæ certo ambitu repetunt,
merito nos de ea, quæ diarijs cognata est, cōtinenti febre disputatio excepit: propter has vero pro
tinus & de hac, quæ cum putredine humorum erat. Visumq; satius est vel claritatis, vel exercen
di legentis causa, vnius ægroti in vtroq; febrium genere mentionem facere.

Indicationes non à traditis tantum superiori libro scopis, sed à causa morbi, ac ægrotantis uiribus peten
das esse, & illarum methodum exercitatione in particularibus comprobandam. CAP. 6.

IGitur, qm̄ hæc nobis peracta sunt, ac per ea demonstratum euidenter est (id quod in præcedēti
hunc libro ad calcem est dictum) oportere in alijs febribus, quæ amplius diariæ non sint, non
* scopis modo ab ijs rēbus, quæ in illo libro præcipiantur, faciundorum indicationes peti, sed ēt ab ea cau
C sa, quæ febrē excitet, ac laborātis viribus, ad vniuersalem denuo exercitationem reuertamur, pro
comperto habentes non licere vllius artis scientiā nanciscī, nisi & methodum quandam habueris
per vniuersalia vocata theoremata, & in particularibus te exemplis exercueris. cum neq; fieri pos
sit, vt sine multiplici in ægris singulatim exercitatione, quod ex vsu sit, facias, nec sine vniuersaliū
cognitione probe exercitatio procedat: quippe cū in vniuersalibus methodus, in particularibus
exercitatio consistat. Tanq̄ igitur, qui iter aliquod ingredi studēt, vtroq; inuicē vtuntur crure: qui
altero claudus est, vno dūtaxat vtit, & longo spatio, & sæpe errans, viā peragit, ita sanè, & qui finē
cuiuslibet artis consequi parat, duobus his veluti cruribus, vel instrumētis, vel quomodocūq; ap
pellasse libet, vti debebit: in vniuersalibus theorematis, methodo: in particularibus, exercitatione.

Aduersus eos, qui curandi indicationem à laborantis uiribus sumi negabant. CAP. 7.

REuersi igitur ad methodum, nunc age de ægrotantis agamus viribus, conferant'ne ad cura
tionem hæ quippiam, an planè nihil, ceu non nullis est visum. Videtur tm eorum, qui inutilē
virtutem esse ad curationem inueniendam dicunt, non propria operum artis disceptatio esse, sed
logica potius, ac sophistarum. Aiunt enim ab eo, quem curamus, affectu faciēdorum indicationē
præstari, haud quaquam à viribus. Ergo & anni tempus, & regionem, & statum cœli, & ætatem,
D & consuetudinem, & corporum temperies inutiles esse eadem scilicet ratione dicūt. Postea, cum
mutare curationem propter hæc coguntur, immemores eorum, quæ inter initia dixerant, quædā
eorum, contraria aliqn̄ indicare aiunt ijs, ad quæ curantis cōsilium dirigitur: quædam ad præsidio
rum materias esse vtilia, quemadmodum & animalis partes. Etenim in illis quoq; eadem vtūtur
strophа, in principio sermonis inutiles eas esse ad curationis inuentionem asserentes: post, vbi re
darguuntur, ad curationis quidem indicationem inutiles dicitantes, ad materiæ tm̄ mutationem,
vel inuētionem, vel differentiam, vel qualitatem (nam nec nominant eodem oēs modo) necessa
rias esse fatentes. Itaq;, quod modo dixi, nunc quoq; repetam, nempe ꝙ egressi ex eo, quod in arte
est vtile, in logicā disceptationem veniunt. Est nanq; artis vtilitas, auxilia, quibus eger sanetur, in
uenire: quo illi relicto, de nominibus litigāt, Endoxos & Antendoxos (quasi indicationes, & indi
cationum cōtradictiones dicas) item cōmunitates, & scopos, & auxiliorū materias, aliaq; similia
loquētes, scilicet hac nominū diuersitate purgasse se pro ijs, quæ falsò affirmauerant, arbitrantes.
Ego vero minime veto noībus, quibus libitū sit, vti. Meminisse tm̄ eos velim eorū, quæ ab initio
proposuerūt. Ea sunt auxiliorū inuentiones. Ad quas quicqd conducere quomodolibet videbit,
id fatendum est ad curationē esse necessarium. Sic igit̄, & virtus necessaria'ne consideratu in ægris
à medico sit, an nō, indagemus. Ego enim sæpe maxime esse necessariā aio sic, vt, quę circa ęgrum

Universidad del Rosario Archivo Histórico

adminiſtrantur, omnia fermè eius vnius cauſa fiant: aliquando mediocriter neceſſariam ſic, vt alí E quid ex hac quoq; ad ea, quæ facienda ſunt, conſiliꝫ petatur, non tñ præcipua faciendorum ratio huc omnis referatur. Poſſum rurſus oſtendere tibi virtutem adeo exiguum ad inueniendа remedia conferre, vt propter exilitatem etiam lateat: Aliàs vero prætermitti, ac ſilentio præteriri, quaſi prorſus ex vtiliter conſiderandis non ſit. Verum, quod accidit in virtute, id in reliquis oĩbus, quę aliquid faciendum indicant, vſu venit. Nam aliquãdo aliud eorum alio minus aut plus valet: Aliquando adeo eſt valens, vt ſolum indicare videatur: aut ita imbecillum, vt omittatur.

Medendi methodum primum ab Hippocrate inuentam, deinde à Galeno declaratam, ac abſolutam fuiſſe. CAP. 8.

HÆc igitur dum doceo, adſis aĩo velim, illud habens in memoria, ꝙ nec in aliꝭs vllis curatio, quæ p methodum agit, conſiſtit, nec alius ante nos quisq̃ oĩa ea ordine definiuit: quanq̃ etiã ab Hippocrate via eſt inuẽta. Hæc enim ipſa, quæ ego nũc enarraturus ſum, ille curationẽ indicare primus oĩum ſcripſit, verũ, ceu primus inuentor, nec debitum oĩbus ordinẽ dedit, nec cuiuſq; indicationis dignitatem ad vnguem finiuit, & quaſdam in ipſis diſcretiones omiſit, obſcureq; pluríma pro antiqua dicendi breuitate eſt interpretatus. Præterea de complicatis affectibus pauciſsima oĩno præcepit. Ac, vt breuiter dicam, omnẽ ad medicationem viam aperuiſſe mihi videtur, ſed F ita tñ, vt ea curam diligentiamq; ad abſolutionẽ deſideret: veluti nunc quoq; videmus quaſdã veterum in terris viarũ, quibus pars quæpiam eſt vel lutoſa, vel lapidibus ſentibus ue impedita, vel moleſte ardua, vel periculoſe prona, vel ferís obſeſſa, vel propter magnitudinẽ fluminum inuia, vel longa, vel aſpera. Itaq;, cũ ſic ſe haberent oẽs in Italia viæ, eas Traianus ille refecit: quę quidem earum humidæ ac lutoſæ partes erant, lapidibus ſternens, aut editis aggeſtionibus exaltans: quæ ſenticoſæ & aſperæ erant, eas expurgans: ac flumina, quæ tranſiri non poſſent, pontibus iungens: vbi longior, cꝫ opus erat, via videbatur, aliam breuiorem excindẽs: ſicubi vero pp arduum collem difficilis erat, per mitiora loca deflectens: iam, ſi obſeſſa ferís, vel deſerta erat, ab illa transferens, ac per habitata ducens: tum aſperas cõplanans. Itaq; mirari nemo debet, ſi, cum viã rationemq; medendi ab Hippocrate inuentã eſſe ſim teſtis, ipſe tñ hoc opus ſcribere ſum aggreſſus. Neq; enim, ceu ea planè nõ eſſet inuenta, ſed veluti, quæ proxime diximus, deſideret, ad hæc conſcribenda venimus, nemine priorũ, qui eam methodũ abſoluerit, ante me inuento: qñ aliꝭ omnino eã non nouerant: Aliꝭ, cum noſſent, nõ potuerunt tñ, quod defuit, adijcere. Non deerant, qui incognitã eſſe vmbraq; inductam, ac prorſus è medio ſublatã voluerunt, ij vero qui fuerint, in ſermonis progreſſu dicetur. Nunc, quod promiſi, aggrediar, omnesq; deinceps medicandi indicationes exponam. G

In Diarijs febribus ab affectus cauſa, atq; ægri viribus non præberi præcipuam indicationem. CAP. 9.

VTile aũt ad claritatem eorũ principium ſumeꝫ ex reuocatis ad memoriã ijs, quæ in proximo libro diſſeruimus, cũ de diarijs ageremus. Videbatur enim in illis prima, ac (vt ſic dicã) maxime p̃cipua faciendorũ indicatio eſſe, quæ affectũ egrotãtis amouẽdum ſuadet, ęque, vt in ſanis prima eſſe, quæ ſtatũ eorum ſeruandũ monet. Verum hic, ſicut p ſimilia ſeruaꝫ, ita per contraria perimiꝫ. Conferre p̃terea ad auxiliorũ inuentionem diximus tum ipſam corporis temperiem vna cũ conſuetudine, tum regionẽ, tum anni tp̃s, tum cœli ſtatũ: In quibus vero morbis egregius aliquis in vna parte aĩalis affectus ſubſiſteret, veluti ex aduſtione in capite, à parte quoq; ipſa aliquã faciendorum indicationem ſumi. De viribus tũ, vel cauſa, quæ affectũ creet, in eo libro nihil eſt dictum propterea, ꝙ nec vires in diarijs febribus egregiam vllã prouidentiã requirant, vtpote quæ oĩno validæ ſint: nec affectus vllus in vera diaria ſublit, qui eã vel gignat, vel augeat. Nã vtroq; modo loqui licet. Verũ nunc prius de viribus præcipiã: deinde ad cauſas, quæ febrẽ excitant, accedam.

Triplices genere in nobis eſſe vires, ac quo pacto illarum ratio ſit habenda, quando, quæ ab eis eſt indicatio, cum reliquis indicationibus pugnarit. CAP. 10. H

GVbernant animal (vt in libris de Hippocratis & Platonis dogmatis eſt monſtratum) tres diuerſi inter ſe generis facultates, toti corpori ex ſuo quodã veluti fonte queq; diſtributa: eas Plato animas vocat, propriam cuiuſq; ſubſtantiã inueniens. Eſt enim earum quædam ad nutriendum animal neceſſaria, ac cum ſtirpibus cõmunis, quæ iecur veluti pro fonte habet: canales vero ab hoc in totum corpus ſparſos, ipſas venas. Hanc ſeu appetitricẽ, ſeu naturalem, ſeu altricem voces, nihil intereſt: veluti nec, ſi aiam, aut facultatẽ. Altera eſt, quæ non modo vt ſtirpibus, aut vita prædítis, ſed ẽt vt animalibus anima eſt inſita. Hæc ſedem in corde habet, ipſo quoq; inſiti caloris quodam ceu fonte. Ab hoc fonte canales arteriæ ſunt. Vocaturq; hæc multis ſanè nominibus. Nã & facultas ſiue virtus vitalis, & facultas ſiue virtus animoſa, {& anima vitalis} & aĩa animoſa dicitur. Tertia aĩa, ratiocinatrix, in cerebro domiciliũ habet. Ea voluntarijs actionibus vnà cum ſenſibus p̃ſidet. Vtitur & hæc particulis quibuſdã, ceu canalibus, nẽpe ipſis neruis, ſenſum motumq; p hos in totũ animal tranſmittens. Ergo has facultates ſeruare, nihil planè eſt aliud, cꝫ vitã ſeruare. Siquidẽ monſtratũ eſt qualibet earũ amiſſa neceſſe eſſe reliquas quoq; vnà perire. Ac propterea in opere de ſanitate tuenda huc omne conſiliũ direximus. In hoc vero, quod eſt de methodo medendi, primũ propoſitũ, & ei, quod in opere de ſanitate tuenda proponiꝫ, ad portionẽ reſpondẽs, morbi

* φυσικὴν eſt in impreſsis. i. naturalẽ. ĩ antiqs φυτικὴν. i. vegetabilem.

* θυμοειδὴς

A morbi eſt ſublatio: qñ cuiuſmodi in illo ſanitatis eſt tuitio, eiuſmodi i hoc eſt morbi ſublatio. Quorum vtriq; vnum eſt cõe, ipſa ſcilicet vitæ cuſtodia. Quæ nimirum in illo de ſanitate tuẽda opere ſanitatis cuſtodiam ſequebatur. Quod enim ſecundæ valetudinis tuendæ gratia geritur, idem ſtatim & vitam tuetur. At in hoc opere aliter ſe habet, propterea, ꝙ, quæ affectiones præter naturam in nobis diſcutiunt, ea non oĩno vitam cuſtodiant. Quippe aliqua eiuſmodi prædita ſunt facultate, vt, ſi immoderate aut intempeſtiue vtare, vitam adimant. Siquidem in ſanguinis miſſione, quã vſq; ad animi defectum faciendam eſſe paulo ante diximus, quò flamma in cõtinentibus ex meatuum clauſura febribus extingueretur, non paruum merito ſubſequetur incommodum, niſi opportuno tẽpore aut debita mẽſura fiat. Duos nanq; in ipſis medicorum manibus perire vidi, qui poſt, q̃ animo linquerentur, nunquam reuixerunt. Multi vero, etſi nõ protinus, at poſtea propter virtutis infirmitatem perierũt. Quos ſiquis citra eius reſolutionem vacuaſſet, minime periſſent. Quinetiam aliqui in morbos inciderũt longos, poſt, q̃ immodica inanitione reſoluta naturalis vis fuit. Aliꝭs, cum immodicæ vacuationis noxam ſarcire non potuiſſent, in omne reliquum vitæ tp̃s totius corporis temperamẽtum redditum eſt frigidius. Ex qua refrigeratione facile ex quauis occaſione læſi, aliꝭ decolorati, ac malo corporis habitu vixerunt: aliꝭ ex eo ipſo in morbos deciderũt

* παραπλησίως ſeu παραπλησίως. quid aũt ſit paraplexia tum ex pleriſq; aliis Galeni locis, tũ p̃cipue ex cõmento. 27. quarti cõmentarii de diẽta ĩ morbis acutis, patet.

B exitiales, aquam intercutem, & orthopnœan, & iecinoris ac ventriculi imbecillitatem, & apoplexiam, & deliria. Ergo, cum virtus tantopere neceſſaria ſit, eam aũt lædant oĩa vacuantia remedia, ſiquis ſcilicet iſs parum moderate vtatur, vtiq; aduerſæ inter ſe faciendorum indicationes in talibus corporibus ſunt, in quibus affectus, quò expugnetur, notabilem vacuationẽ deſiderat: virtus aũt hanc ferre non valet. Verum, cũ ſæpe ex vacuatione virtus nihil lædatur, hinc ſumitur inconſideratis & temerarijs medicis occaſio, vt eã prætermittãt, ceu nuſquam quicq̃ indicet. Falluntur autem (vt dictum eſt) propterea, ꝙ non intelligũt alterius cuiuſdam rei cauſa virtutẽ eſſe ſpectandam, nec quicq̃ ad affectum amouendum indicare. Tanq̃ igitur in iſs, qui valent, ſemper ea comitatur, quæ ſanitatis gratia adminiſtrantur, nec eſt quicq̃ inuenire, quod ſanitatẽ tueatur, quod idẽ vires corrũpat, ſic in ægrotantibus aliqñ iſs ſuccedit, quæ veluti in pẽrniciem eius adminiſtrantur: aliqñ ab ipſis ſoluũtur. Si nanq; abũdantia paulo viribus ſuperior fuerit, vtiq; ex moderata vacuatione adeo nullum accedit viribus incommodum, vt ẽt maximum cõparetur commodum, quod eas premebat, ſublato. Sin, quò affectus ſanetur, multa vacuatione eſt opus, reſoluatur aũt ex tãta inanitione virtus, non modo rurſus homini nõ proderit, ſed etiam maximũ illi periculum afferet. Porrò in iſs cõtinentibus febribus, quæ ex ſtipatione meatuũ accenduntꝫ, qm̃ valida plerunq; vir-

* ſoluitur.

* tollitur.

C tus eſt, citra periculum vacuatio adhibetur. In aliꝭs vero morbis maxime eſt periculoſa, veluti ſi ea forte incidit ex corruptela humorũ. De qua tempeſtiuum eſt mentionem facere, quò oẽs mitten di ſanguinis indicationes in hoc libro decidamus. Ergo, quod corruptum eſt, id alienum à natura eſt: quod tale eſt, id ſe auferendum dictat. Si igitur cum viribus imbecillis corruptela incidit, vtiq; quod affectus remedium eſt, id cũ virtutis cuſtodia pugnat. Siquidem affectus vacuandum eſſe præcipit, idq; vel vena inciſa, vel purgatione. Harum aũt neutram ferent imbecillæ vires. Quoniã igitur in oĩbus eiuſmodi repugnantijs incerta ſuccurrendi ratio eſt, aliàs inſanabilis oĩno affectus relinquetur, aliàs ſpatio, & ægre, idq; ſi magnum nactus ſit medicũ, ſanari poterit. Oportet nanq;, vbi indicationes ita ſibi aduerſantur, & paulatim, quod vitioſum eſt, vacuare: et paulatim inuicẽ, quod ſalubre ẽ, pro eo reponere. Vocãt medici eiuſmodi vitioſi ſucci curationẽ græce Epicraſin.

Venæ ſectionis exemplo oſtenditur, quando virium indicatio conſideranda, aut omittenda videatur. CAP. 11.

* χρησος. i. vtilis.

MEmineris vero mihi ad ea, quæ dicẽda ſunt, etiam quorum cauſa venæ ſectio petitur. Nam, qm̃ hæc ſanguinis vacuandi cauſa adhibetur, ſanguis autem inũtilis naturæ eſt, vtiq; probe

D bifariam, vel cum propriam qualitatem ad vnguem nõ ſeruat, nec amplius nutrire, ſicut prius, cũ vtilis eſſet, poteſt: vel ita multitudine creuit, vt aut vires premat, aut tum venas, tum arterias vel diſtendat, vel findãt, vel obſtruat. Ac in his quidẽ miſſio ſanguinis vtilis eſt, ceu vacuantium præſidiorum vna: in aliꝭs, ceu quorum vehementiorem impetum ad diuerſam partem reuocet, vel

* ῥᾶσιν. i. rumpat.

† {per propinqua} deriuet. Poſtulat autem ſemper valentes vires, quæ modo vacuationis eius reſpondeant. Ad hæc igitur reſpicientes ſanguinem detrahimus, aliàs ſemel, aliàs bis, vel ter, vel ſæpius: veluti in ſequentibus patebit. In præſentia vero illud manifeſtum ſecimus, virtutem vacuantia remedia aliqñ citra noxam ferre, vtpote nec adiutam ab his quicq̃, quod ſit æſtimandum, nec vero læſam: Sæpe vero magis minus ue, tum iuuari, tũ lædi: Præterea, quoties notabilis illi ex vacuantibus auxilijs noxa incidet, toties patere ipſam quoq; tunc vtile aliquid ad conſiderandum indicare, æque vtiq;, vt cum manifeſte iuuabitur. Vbi vero ex iſs, quæ affectum ſubmouent, nec commodum illi accedit vllum, nec incommodum, ibi velut inutilis, prætermittitur.

* τὰ πλάγια. i. ad latera.

Ex iſs, quæ indicant, quædam ſimplicem indicationem, quædam non ſimplicem præbere. CAP. 12.

POrrò vna ſemper eſt, quæ ab hac præſtatur, conferentis indicatio, veluti etiam reliquorum omniũ. Nam, quicquid pro natura ſua indicat, id vnum ſemper indicabit, ceu quod vnam habeat naturam. Atq; id vnum, ſi, quod indicationem facit, ſimplex eſt, ipſum quoq; ſimplex erit:

Sin

Sín illud eſt compoſitum, hoc quoq; erit compoſitum. Sanè quædam ſui cuſtodiam índicant, quæ E
dam amotionem. Siue autem hanc índicent, ſiue illam, quod ſimplex eſt, ſimplícem quoq; índica
tionem habet: quod non ſimplex, etiam non ſimplícem. Idcirco in ſuperioribus ſemper ſimplicẽ
íntemperiem ſimplícem índicationem præbere díximus: †{veluti in frigiditate & caliditate}
Non ſimplícem vero, etiam índicationem ſuggerere non ſimplícem: Calidam enim ſiccamq; in-
temperiem curationem ſui per ea, quæ humectent, & refrigerent, moliendam índicare.

† καθάπερ ἐπὶ ψύξεως θερμό-
τητα. i. veluti frigiditate cali-
ditatem.

Quo pacto indicatio, quæ eſt à viribus, nunc reliquis prior, nunc poſterior eſſe videatur. CAP. 13.

ERgo vires quoq; vnà rem ſemper índicabunt, vtiq; ſui cuſtodiam. Quíbus ergo (roget quís)
rationíbus ſeruabitur? Nempe potíſsima ratione ex eo, quod de ſubſtantía earum vel ínani-
tum, vel alteratum eſt, corrígendo: Secundo loco ex prohibendis íjs, quæ ipſarum ſubſtantiam va
cuare alterare úe poſſunt. Comprehenſa vero ínter ea, quæ alterant, breuitatis cauſa ſint, & quæ
earum vnitatem diſtrahunt. Hæc itaq; cum vires perpetuo índicent, in valentibus (ſicut dictum
eſt) conſenſus agendorũ omnium ad ipſarum perennitatem eſt: in ægrotantibus aũt non ſemper.
Quo tempore æſtímari debebit, quod vel magnitudine, vel dignitate (vt príus eſt dictum) præua
leat. Maxima igitur dignitas ípſarum eſt vírium: qñ víuere ipſum nobís ex harũ cuſtodía conſtat,
vtpote cum vítam aut ipſas eſſe vires, aut earum actiones ſit neceſſe. At vita ipſa nihíl eſſe príus F
in animantís corpore poteſt propterea, q̃ nec ſanos eſſe citra vítam licet. Virtus ergo omniũ prí-
ma cuſtodienda hominibus eſt: ſeruabitur aũt, ſi nec eius ſubſtantia inaniatur, nec tanta alteratio-
ne alteretur, vt ea corruptioni ſit propínqua. Atq; huius cuſtodíæ pars eſt, vbi vel tẽperiẽ ipſam
præſentem ſeruamus, vel abſentem índucímus. A vírium índicatione proxima eſt, quę ab affec-
tíbus, quos curare proponímus, datur: poſtea deínceps relíquę. Quícquíd ígitur índicationi, quã
vires præbent, aduerſatur, id ſecundi eſt loci, ac poſterioris íjs, quæ illæ præcipiũt. Quæ vero cum
íjs, quæ víribus conducunt, ín ídem competunt, hæc vtrunq; calculum referũt, & eorum, quæ prí
mæ (vt íta dixerím) ſint notæ: & eorum, quæ ſecundæ. Itaq; hæc citra controuerſiam ſunt faciẽda.
Quæ vero aduerſantur, aliquando adminiſtrãda prorſus non ſunt: aliqñ paulátim. Quíppe, ſi, quẽ
curare ſtudes affectum, ís vacuationem requírit, vires autem extrema ímbecíllitate laborant, toto
íllo tempore, quo vires reficímus, eorum, quæ affectum ſanẽt, nihíl planè ægrotãti exhíbebímus.
Vbi vero eò roboris peruenísſe eas conjícimus, vt nihíl aut parum ex vacuãdo ſint lædendæ, tum
eſt ad affectus quoq; curationem accedendum. Prima ígitur omnium índicátio eſt, quæ à vírtute
ſumítur: Verum non ſic prima, vt quæ curationem doceat: cum ex numero curatrícíũ índicátio-
num non ſit, verum (vt íta dixerím) vitalium, {ſíue quæ ad vítæ cuſtodíam pertínent. Nam, neq; G
vt valeamus, nec vt à morbís líberemur, ab ea quícquam prímum deſumímus, ſed vt víuamus.
Additum autem in ſermone eſt illud/primum/q̃ ex accidente aliquãdo vírtutis roboratío ad affe
ctus curationem conducit. Verum id in ſequentibus docebímus.

* ἐυκρασίαν

* ἐπ' ὀλίγον

Curatiuas omnes indicationes tribus hiſce contineri, affectu ſcilicet naturali, affectu præter naturam, & aere nos ambiente. CAP. 14.

NVnc ad penſum rurſus redeamus, in paucas ſummas, cõpendíj cauſa, rem omnẽ cogentes.
Medicatoríæ índicátiones à morbo ípſo ſumuntur, à corporis temperamento, & tertio
ambiente nos aere. Quòd ſi aliæ quædam antea ſunt poſitæ, vel poſtea non hæ modo, verũetiam
aliæ dícentur, oẽs tñ ex íjs ín partes díductís natæ vídebuntur. Siquídem corporis temperies, quæ
íllo tempore fuit, quo ægrotare íd cœpit, quæq; ad inuenienda remedia eſt vtílis, ex natura, ætate,
conſuetudíne, & ambiente nos aere ortum habet. Ambiens vero ipſe eiuſmodi eſt redditus pro-
pter tum regionem ípſam, tum anni tempus, tum cœlí ſtatum. Ergo, cum vnum ſit eorũ vtrunq;,
ex pluribus tñ tale efficitur. Affectus vero haudquaq̃ ín cauſas díduci eſt aptus, ſed in differẽtias.
Nam aut in ſímilaribus conſiſtit partibus, aut in inſtrumentaríjs. Ac in ſímilaribus quídem, vel
ſimplex eſt íntemperies, vel cõpoſita: In inſtrumẽtaríjs, círca ſimplícium partium vel poſituram, H
vel formam, vel numerũ, vel magnitudínem, tum quæcũq; horũ ſingillatim traditæ ſunt differen
tíæ, conſiſtit. Hæc itaq; tría illa prima ſunt, quæ curationem índicant, nempe ambiens ípſe cum ge
minis corporis ſiue affectionibus, ſiue conſtitutionibus líbitum eſt appellaſſe, vna naturali: altera, quæ præter naturam ſit, quæ ſanè morbus eſt. Non poſſe autem plura eſſe genera índicátio-
num, quæ ad medendum pertineant, q̃ tría, quæ modo díximus, ex ípſa rerum ſubſtantía ſcire licet. Nam morbus & ſanitas, corporis ſunt affectus, ille ſe tollendum, hæc ſe tuendam índicans. Ambiẽs vero ís eſt, ſine quo nec tolli morbus, nec teneri ſanitas poteſt. Hic ígitur cauſę, ſine qua non, obtinet rationem. At vero cum id, quod ægrotat, alteramus, níſi conſtat, quouſq; ſit mutandum, vtiq;, quando ſit ab alterando deſiſtendum, non intelligemus. Generatim ígitur ín omni cu ratione agendorum índicátiones in his ad ſummum tribus cõſiſtunt. Membatim vero (vt ſupra eſt cõprehenſum) aliquæ ſimplícium particularum ſunt propríæ: aliquæ compoſitarum. Eorum ergo, quæ in ſimplices íncidunt partes, vnum eſt íntemperies ea, quæ ín calído conſiſtit. Hęc, cum in totum diffuſa corpus eſt, febris nominatur: ídeoq; omnís febris, qua febris eſt, humectatío refri gerátioq; remedía ſunt. Ac, ſi ſola hęc ſit, ad refrigerandũ humectandumq; omne medentis conſi lium, veluti ad fínẽ, dírigit íta, vt nihíl ſit, quod prẽterea ad curationẽ deſideretur, níſi vt materiæ

inueniantur,

Es del Colegio Mayor del Rosario R. Paranaco

A inueniantur, quæ huic propoſito ſunt ídoneæ: matería vero ínuenta, vt opportunum tempus ex quatuor febrís temporíbus captes: quãtitatem vero, ex conferendo cum naturalí habítu morbũ. Quíppe quantũ ís à naturalí habítu receſsit, tãtum, opus eſt, ægrum refrigeres & humectes. Sanè ambiens, ſi cõtrarían morbo temperiem habet, è prẽſidiorũ numero vnus eſt: ſin ſimílem, ægritu dínalium cauſarum eſt vnus. Quoníam autem reliquas materías tum deligere, tum fugere lícet, quam autem ambiens præſtat, fugere non licet, ímmo neceſſe eſt præſenti cœli ſtatu vtí, ídcirco huíc quoq; attenti eſſe cogímur: qui vtiq; ſæpe cum íjs, quæ morbus faciendа ſuadet, (vt díximus) eſt concors: ſæpe diſcors, & qui cõtra moliatur. Habebit ergo (vt díximus) ambiens rationem modo materiæ ſanantís: modo cauſæ morbum fouentís. Quíppe, cũ humectãri refrigeraríq; morbus poſtulat, ſi hæc præſtat, ſanantis materiæ rationẽ obtinet: Sín calefaciat & ſiccet, morbíficis cauſis eſt annumerandus. Vbi ígitur cum medendi índicationíbus conſonat, pro gratia eſt habendum: Sícubí aduerſaẽ, ínhíbenda eíus noxa eſt, ſcílicet reliquorũ auxíliorũ humíditate, ac frígore intenſis adauctísq;. Sedulo ígiẽ agendũ eſt, vt ambientem, quoad fieri poteſt, qualem eſſe expedit, præpares, ſcílicet humídiores frigídioresq; domos, tum deligens, tum vero præparans: ſicut è díuerſo, ſi frígida ſit humídaq; morbí ſpecies, quæ calfieri ſiccaríq; poſtulet, & eligendæ, & præparandæ
B domus ſunt, quæ calfaciant, & exiccent. At deligẽdas quidem díco, quæ ex ſeípſis eíuſmodi ſunt: Præparandas vero, cũ arte noſtra molímur per ęſtatẽ ſubterraneas eas, & ad ſeptentríones verſas, ac pauímenta earũ aſſídue humore aſpergentes, tũ vt ex eurípo aliquo aura inſpíret, machinãtes, flores præterea, ac germína, quæ frigídæ, humídæq; facultatis ſint, per aream proíjcientes: per hye mem vero contraría horum molíentes, præſertim vbí morbus (vt prædictum eſt) ſuadet: vbí non ſuadet, exceſſus tantum vtríuſq; temporís remittentes. De quo mihí aliquíd neceſſario poſtea eſt dícendum. Nunc auxíliorum materías índicare non decreuímus, ſed methodos docere.

Quo pacto curatiuæ indicationes modo in plures diduci, modo in pauciores cogi poſſint. CAP. 15.

QVare rurſus ad has diſputationem reuocemus, doceamuſq;, quemadmodum & paucæ & multæ pro díuerſa ſectione curatoríæ índicátiones ſint: quãdo & tres vníuerſa (vt proxime docuímus) facías, líceat, ín pauca capita tota ſumma reducta: & qualíbet earum rurſus díuiſa, ex ipſis multa efficere. Id quod etíam iam mõſtratum eſt. Quín & ípſarum ſectionum quamlíbet rurſum díducas in membra, líceat, donec ad inſectile venías. Iam primas quoq; illas tres, quas memorauímus, fieri poteſt, vt redígas ad pauciores ſic, vt duo eorum ſcoporum, qui curationem índicent, omníno capita ſint, nempe præſens affectus, quem morbum nominamus: & qui príus
C fuit, quẽ ſanítatem & naturalem habítum díximus. Neq; enim aliud eſt ipſa ſanatío, cẽ præſentis in corpore vítioſi affectus in naturalem habítum mutatio. Cum autẽ contrarij hi affectus ſint, neceſſe eſt, per contraría fiat eorum alterius in alterũ translatio. Atq; ita rurſus vna ſola erit curatio-
num maxime generalis índicátio, nempe contrarietas. Ergo hínc rurſus ſumpto ínitío, age particulares índicatiõnes diſquíramus. Quoníam íd, quod ægrotat, ei, quod valet, eſt contrarium, vtiq; per contraría eſt ab illo in hoc vía. At quomodo (inquíes) in contrarijs inuenietur modus? Non enim ſatis eſt calído affectuí admouiſſe frígida, níſi id debíta fiat menſura: cum alióquí metus ſit, ſi intra modum íd fiat, ne morbi relíquum quíppiam relinquatur: ſin modum excedas, cõtrarium genus morbi inducas. Qui enim ſupra, cẽ par eſt, calídum morbũ refrigerat, ís ſanítatis mediocrítate tranſmiſſa alium excitabit morbum, qui ſit frigídus. Quod quò minus accídat, naturã curandi corporis ſcias, oportet: quò, quantum morbus ab illíus ſymmetría diſceſſerit, intelligens, menſuram refrigeranti præſídio imponas. At fieri non poteſt, vt, quantum à ſe ínuícem diſtent, ínuenías, níſi cõpertum habeas, cẽ eſſet corpus aut humídum, aut frígídum, aut calídum, aut ſíccum, cum valeret, quantumq; ex hís exceſſerit poſt, quàm ægrotauít. Quíppe, quod plurímum à natu-
rali habítu receſſit, id vehementíbus eget contrarijs: quod non plurímum, leuíbus. Sanè plurímũ
D receſſit frígídus morbus à corpore natura calído: ita, vt è díuerſo calídus à frígído: Minus receſſit tum calídum à calído: tum frígídum à frígído. Quare ex vtríſq; índicatío curatíonis præſtatur. Ve rum, cum materię reliquorum præſidiorum omnium electío in noſtra poteſtate ſit, eíus vero, quã ambiens præſtat, ín noſtra manu non ſit, ratío eſt, ex hoc quoq; propríam quandam índicationem ſumamus. Cæterum, quoníam noſci ad vnguem oportet corporum temperamenta, id vero eſt planè difficile, vtiq; tentandum eſt tum ex íjs, quæ in líbro de temperamentís ſunt ſcripta, ea inue níre: tum vero vltra hæc, quò magís ſcientífica notítia ſit, ex ætate, & tota anteacta víta, quæ nímirum ín vítæ exercítío, & victus ratione conſiſtit: præterea ín hac regione, & hoc anni tempore, & hoc ſtatu cœlí, conuerſatione. Sí nanq; natura gracilis, & tangenti calídus, & bilíoſus, & propenſus ad íram, & hírtus ſit, calídus híc ſiccusq; natura eſt. Non tamen neceſſe eſt nunc quoque, cum egrotare íncepit, eundem planè habere affectum. Fieri enim poteſt, vt in deſidía vixerit, idq; cum frígídis humídísq; potione & cíbis, ad hæc etíam cum balneis poſt cíbos, & multo ſomno: præterea in regione humída & frígída, & hyeme in qua frígídus & humídus exuperabat cœlí ſtatus. Rurſus fieri poteſt, vt horum præceſſerint contraría, id eſt calfacientia & ſiccãtia, idq; per ſingula dictorũ iam generum. Ergo, ſíquo ad præſens temperamentum noſcendum deficímur, íd ex præeuntibus ípſis ſupplebímus: Ex illo vero ínuento, adminiſtrandorum índicatío ſuppeditabitur.

Universidad del Rosario Archivo Histórico

Vtilem esse, ac minime contemnendam indicationem, quæ à consuetudine præbetur. CAP. 16.

AC dictum quidem prius est, vbi de frigida exhibenda præcepimus, illud quoq; ex ijs vnum esse, quæ cõsideranda tum essent, nunquid particula quæpiam, cui frigida natura esset, lædi magnopere ex eius potione posset. An igitur fas est in ægrotante homine cuiusq; particulæ temperamentum inuenisse absq; ijs notis, quas in libris de ipsis retulimus? Atq; illi quidem nec inquirunt, nec norunt, sed iuxta prouerbium, vno calapodio omnes calceant. Nos certe (quibus inquirendi cura fuit) illud inuenimus, q̃ per plures ac cognitu difficiles notas cuiusq; membri temperamentum coniectura potius, q̃ scientia, inueniatur. Si igitur notis multis & pãruis aliqua certior apparuerit, non ne abiectis illis hanc pro oĩbus arripiemus? nemo id, arbitror, qui mentis est compos, negabit. Atqui, si oẽs temperamẽtorum notas in vnum colligas, hę longissime absunt, vt parem ei, quã consuetudo præstat, fidem faciant. Si enim antea per sanitatem quispiam frigidam perpetuo biberit, neutiquã nec in iecinore, nec vesica, nec ventriculo, nec alio quopiam talium offensus, planum est & valida illi esse hæc omnia, nec nunc à frigida lædenda. Non est igitur, q̃ paruum quiddam, atq; ad spectandum leue ad inuentionem remediorum consuetudinem existimemus: veluti nec ad sanitatem tuendam. Nemo enim adeo est stupidus, vt magnopere ex frigidæ potione læsus hanc in diutinum vsum duxisse velit propterea, q̃ læsus interim, atq; ab ea euidẽter egrotans omnino abstinebit. Ergo, sicut alia non pauca quidã medici præter cõmunes sensus, ita illud quoq; effuderunt, q̃ nulla nec salubris inueniendi victus, nec ægrorum curationis, ex consuetudine sumatur occasio. Videtur enim, non, sicut alia quædam, exiguam leuemq;, sed maximam, ac maxime principalem vim habere: vt quæ singulorum corporũ naturam ostendat. Sanè ipsi viã rationeq; ab ea procedentes fatemur nos partium affectũ inuenire, deín ex illo rursus ad faciendorum indicationẽ venire. Empiricus vero præterire se naturæ inquisitionẽ profiteẽ, quippe, quod per eã consecuturus fuisset, id iam se habere, intelligere scilicet se, non lædi à frigidæ potione ægrotantis corpus: id vero esse, quod nobis ab initio proponatur, non vt naturam noscamus. Post (arbitror) nos quidẽ, veluti ambages frustra secutos, merito taxet: eos vero, qui in totum inutilem esse consuetudinẽ dicunt, veluti à cõmuni sensu alienos, iuste accuset. Quid igitur, inquies, eis respondebimus nos, qui methodo artem condimus? Nempe quid aliud, q̃ q̃ vera dicũt de ijs consuetudinibus, quæ adeo euidentem vtilitatem offensam'ue ostendunt? quippe quas nemo vel ante methodum non nouit. At reliquarum quasdã, quæ scilicet paulatim magnum contrahunt incommodum, non æque licet per experientiam inuenire. Dictum autẽ fusius de eiusmodi cõsuetudinibus est in libris de sanitate tuenda. Vnde, si in frigidæ quoq; exhibitione cõsuetudo citra methodum satisfacit, nec nos profectò experientiam fugimus: immo oẽm, quam illi, vtilitatẽ ab ea capientes, etiam extrinsecus præter hanc adijcimus, qui saltem id possumus, eã, quæ à rerum natura suggeritur, indicationem. In hoc vero libro methodi rationem sequentes fatemur longiore via idem inuenire, quod breuius inuenire citra ratiõcinationem liceret. Siquidem, cũ sæpe iam vidimus non paucos ex ijs, qui febribus ardentibus premerentur, cũ iam mediocriter cõcocti humores essent, statim ex frigidæ potione febre liberatos, quãuis ei potioni parũ assueti fuissent, multo (arbitror) magis in ijs, qui assueuerunt, vtilitatem fore citra noxam vllam sperabimus. Habes itaq; nunc ẽt de consuetudine rationem, etsi ex incidenti oblatam, tñ satis definitam. Est enim ea quoq; vnum quiddam eorum, quæ curationis rationem per mõrbi naturam intercedentem indicent, quemadmodum & ætas. Siquidem ipsa quoq; temperamenti interuentu indicationem præstat, veluti puerorum: quæ, cum humidam & calidam temperiem habeat, facile digeritur.

* μακρῶν est in græcis. i lõgis.

* ἀναλογισμὸν

* corporis

De indicatione ab ætate, ac summa vniuersarum indicationum. CAP. 17.

ADsis enim animo, velim, ad ea, quæ de corporum diuersitate hoc loco dicam. Lapidum substantia cõstans stabilisq; propter siccitatem & frigus est: Ad eundem modum æris, & ferri, & auri, & vno verbo, omnium, quę ex terra sunt, corporum. At, quę humida calidaq; sunt, eorum substantia celerrime in ambientem dissipatur, alias in halitum sensibilem soluta, alias in perspirationes, quæ visum fugiant, sed ratione deprehendantur. Atq; hæ corporum naturæ, veluti ex diametro, (vt Græci loquunt) id est longissimo interuallo, à se distant. Reliquarum omnium illę, quę frigidæ ac siccæ proxime accedunt, ægre quidem per halitum digeri possunt, minus tñ ægre, q̃ ferrum, & lapis, & adamas. At, quæ calidæ & humidæ sunt vicinæ, hæ promptius quidem digeruntur, atq; exhalant, cæterum minus hæ quoq;, q̃ aqua calefacta. Nam citra calorẽ non potest in halitum digeri corpus vllum, substãtia eius coacta densataq; manẽte: sed nec per calorem oẽ, immo quod habile est in halitum resoluí: tale porrò est, quod humidum est. Ergo puerorum substantia omniũ facillime digeritur, ac dissipatur propterea, q̃ est oĩum humidissima: nulla vero frigidior. Quo minus vacuantis præsidij eget, cum habeat ex seipsa, vnde naturaliter vacuetur. Fit autem profectò & propter calidã siccamq; regionem, & tps æstiuum, & statum cœli impense calidum & siccum notabilis per cutim vacuatio. Itaq; etiam huius causa ijs, qui sanguinis detrahendi egent, aut prorsus venam non secabimus, aut parum detrahemus. Sanè erunt in hac quoq; detractione multi scopi medico spectandi, natura ab initio, consuetudo, ætas, locus habitationis, anni tẽpus, cœli status: ad hæc ægritudinalis, quẽ curamus, affectus, aliaq; ratione ante hunc laborantis vires.

Cum

A Cum vero affectus numerosi sint, cuiq; eorum sua est curationis indicatio. Quippe à calido indicatio est refrigerandi: à frigido calefaciendi: ac à reliquorum quolibet contrarium applicãdi. Quare, cum octo intemperamenta sint, octo etiam erunt morborum, quibus simplicia corpora sunt obnoxia, particulares indicãtiones. Vltrãq; has vna eius affectus, qui etiam instrumentalium est communis: cuius nullum apud priores nomen fuit. Sed nos, qui eum interpretari sumus coacti, continui solutionem appellauimus: ostendimusq; communem curationis indicãtionem hic quoq; esse vnitionem. At vero, quæ ex hoc rursum in partes diducto particulares consistant, hæ quatuor voluminibus sunt proditæ, nempe tertio, quarto, quinto, & sexto huius operis. Ac nunc quidem institutum de intemperamentis sermonem etiam in sequentibus libris persequar. Hoc absoluto ad instrumentalium partium morbos conuertar: ostendamq; secundum eandem methodum in ijs quoq; tum primas omnium curationis indicãtiones: (quas vtiq; generalissimas appelles, licet) tum quæ ex harum sectione nascantur: deinde rursus, quæ ex illis oriantur, donec ad eas, quæ vltra sectionem non admittant, peruenero. Hanc etenim omnis constituendæ artis methodum Plato nos docuit. Verum de instrumentalibus postea (vt promisi) dicetur. Nunc (si prius, in qua parte propositi operis simus, admonuerimus) præsenti iam disputationi finem idoneum imponemus. Est igitur vnum morbi genus, quod similares et simplices aialis vexat partes, quam intemperiem vocant. Huius aliquas differentias ex corporibus nuda qualitate alteratis prouenire docuimus: aliquas cum materia quapiam, quæ in ipsa confluit: Rursusq; ambas incidere vel in vnicam animalis particulam, vel plures, vel etiam totum corpus. Ergo, cum in operis huius libro septimo intemperies eas, quę alteratis tantum qualitatibus in partibus proueniunt, pertractarim, in duobus deinceps libris ad eas, quæ in totum se animal extendunt, venientibus, primũ agere de febribus placuit. At, quoniam harum ipsarum aliquæ adhuc fiunt, manẽte scilicet in corpore causa, quæ eas excitauit: aliquæ factæ iam sunt, sed, quæ eas accendit, causa iam abijt, satius visum est de ijs primum sermonem facere, vtpote simplicem primam curationis indicationem habentibus: deinde illas quoq; stilo aggredi, quarum in corpore causa subsistit.

B

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER DECIMVS.

C

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet præcauere, ne Diariæ febres in hecticas pertranseant, ac ipsas hecticas, cum inuaserint, curare.

De ratione curandi, cum indicationes ab affectu, à causa, & à viribus in idem coierint, vel inuicem pugnarint. CAP. 1.

ERgo in diarijs febribus simplex quidam est in corpore præter naturam affectus, vtpote causis, quæ primum eas excitarunt, iam ademptis. In quibus vero causa, q̃ eas accẽdit, adhuc manet, in ijs nec affectus simplex, nec sanatio est. Siquidẽ, quod febris iam receptum in corpore est, id ex propria ipsius curandi indicatione discutere oportet: quod adhuc est futurum, id propulsare, ac, ne fiat, vetare. Vetabitur autem, si, quæ id excitat causa, prorsus sit submota. Itaq; in diarijs faciendorũ indicationem ex ipsa febre maxime capiemus, sed cum illa naturam, & ætatem, & consuetudinem, præterea anni tempus, cœli statum, & regionem, † {& vires} simul expendentes. In reliquis, quæ accensionis suæ causam intus habent, prima indicãtio ab ipsa sumetur causa. Itaq;, si febrium, quæ multos dies continuant, recte ostendimus putredinem esse causam, hæc nimirum sananda est prima: sed nec interim extinguendæ febris, quæ per eam iam accensa est, ratio non habenda. Ac, si quidem in idẽ consentiant, & quę febrẽ extinguũt, & quæ cãm oppugnant, quod ab vtrisq; indicaẽ, cum vnum sit, sine cunctatione agendũ est. Sin febris, quæ iam accensa sit, sanatio causam, quæ hanc excitauit, est auctura: aut, quæ causam submouent, febrem exasperabunt, diligens habenda consideratio est de remediorum specie. Sanè diligenter considerauerit, qui totam deliberationẽ in tria hæc æstimanda diuiserit, febris ne sola curãda sit nõ solicito de causa: an causa oppugnanda minime curanti de febri: an plurimum quidem remediorum ad alteram earum sit adhibendum, non tamen altera neglecta. At, quod primo quidẽ loco est dictum, probare non debemus: quando, si, quibus præsidijs id febris, quod semper gignitur, oppugnamus, ea effectricem eius causam auxerint, planè nec generationẽ eius aliquando inhibebimus, nec magnitudinẽ minuemus. quippe & generatio eius, effectricis causæ spẽm imitabit: & magnitudo cum illa pariter inaugescet. Quod secundo loco diximus, si id distinguemus, poterit esse non incõmodum. Nam, si intolerabilis ægro magnitudo febris sit, cõmittendũ non est, vt per ea, q̃bus causam adimimus,

† Hæc verba ĩpressi codices græci habẽt, antiqui non hñt.

febrem

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

febrem augeamus. Simul.n. arbitror vtrunq;,& febrim sustulerimus,& hominem. Sin ita mediocris sit febris,vt,quo tempore contra causam tantum pugnas,obruendæ interim vires,ægrotantis non sint,vtiq; contẽnendus is modus non est. Non contẽnendus autem nec tertius est,qui contra id,cuius maius momentum est,instare iubet,nec tamen alterius omnino negligentem esse. Sanè plerunq; causæ maior est vis. Fieri tamen aliquando potest,vt ea sit febris magnitudo,quæ præsentem perniciem,nisi occurras,afferat. quo casu oportebit hac prius submota,deinde ad cãm submouendam accedere. Atq; hæc,mi Eugeniane,decidenda tibi inter initia statim de contrarijs indicationibus sunt. Cum autẽ in ijs examinandis non parũ visa est ad hominis salutẽ momenti habere vis ipsa ⸢naturalis⸣ vtiq; de ea quoq; non leuis ad agendorum inuentionẽ consideratio est habenda. Ita fit,vt tres primi scopi sint,qui in propositis iam ob putredinẽ febribus agendorũ indicationẽ nobis præbeant: Vna febris ipsa: Altera effectrix eius causa: Tertia vis ipsa ⸢naturalis⸣. Cæterum priores duo scopi submouendi sunt: tertius est tuendus. Erit igitur rursus hic quoq; eadem tibi consideratio,quæ paulo supra,vt cum viribus tum febrem,tum causam inuicem cõferas. Mox, si eadẽ ambo remedia requirent,ea prõpte exequaris: Sin indicationes pugnabunt, vnam præferas,vel quæ à viribus sumit̃,vel quæ à causa,vel quæ à febre,ac,quæ cæteris sit valentior, hanc magis sequaris,nec tñ cæteras negligas. Ex hac nanq; discretione doceberis primã causam, febremq; profligare, vbi videlicet conijcis harũ remedia vires posse ferre: rursus primã roborandã virtutem esse, vbi hæc imbecillior est,cp; vt causæ febrisq; præsidia sustineat. Quinetiam omnia pariter sub coniecturam agi licet,veluti paulo supra de febri,& de causa est monstratum.

Quæ ex diarijs febribus magis aptæ sint perdurare,& in alias febres transire, quaq; ratione id periculi declinemus. CAP. 2.

ERgo, cum tria hæc sint,ad quæ attentum te esse in propositis febribus curandis oporteat, febris ipsa,huius efficiens causa,& ægrotantis vires,inuentiq; præterea sint generales indicationũ modi,quos etiam generales vniuersalesq; dicimus,transeundum,arbitror,nũc est ad præsidiorum differentias,quæ specialia particulariaq; sunt,sed mentione de diarijs repetita: qñquidem ab ipsis in eas,quæ plures dies continuent,aliqui transeunt. At vero,cum in has transeant vna quidẽ ratione maxime cõmuni,ipsa medicorum inscitia: duabus magis priuatis, q; ipsarum febrium vel causa effectrix iam abijt,vel etiãnum manet,de vtrisq; seorsum est dicendum. Porrò abijt effectrix causa,quoties ab ira,dolore,vigilia,cura,æstiuo Sole,fatigatione,& bubone iam inclinato excitata citra stipationem febris est. Manet,quoties vel ab externa causa,vel ab ipsa febre stipatio aliqua facta est. Nam & frigiditas,& adstringentium vsus,per mediam stipationem semper febrem excitant. Vstio præterea non nunquam corporis habitum cõstipat. Iam ipsum febris principium, vbi cum horrore inuasit,stipationem subinde fecit. Quinetiam glutinoli,& crasi, aut etiam copiosi succi,vbi mediocriter obstruxerunt, diariam aliquando febrem accendunt, vtiq; cum idoneum sortiti sunt medicum,vt supra est indicatum. Sanè dicuntur idcirco id genus febres omnes diariæ, quia solui,(quod vtiq; ex ipsis est) vno die sunt aptæ,computata cum hoc vnà & nocte: quemadmodum cum dicimus mensem esse trigínta dierum,& annum trecentorum sexaginta quinque, & hoc gestum esse ante tres dies,aut gerendum esse post quatuor. Cæterum,non est idem ipsarum omnium affectus,sed ab aliquibus inseparabilis stipatio est: ab aliquibus minime inseparabilis,sed vel vt plerunque simul adest,vel ambigua sorte,vel raro. Inseparabilis stipatio est ijs,qui ex aluminosa aqua,vel chalcanthode,vel tali quapiam alia,aut ex frigore,aut leui obstructione febricitarunt: Plurimum vero ijs adest,qui ex vstione febricitãt: Ambigua sorte,ijs, qui ex fatigatione: Quicunq; vero ex ira,vel tristitia,vel vigilijs,vel pertinaci studio,vel cruditate,vel bubone febricitant,ijs raro adiuncta stipatio est. Atq; harum oium febrium nulla,(quod vtiq; ex ipsa fit) ad secundam vsq; accessionem perdurat,sed intra quatuor & viginti horas omnino desinit. Aut, si qñ * τοὐπίσω. earum aliquæ(quod tamen rarius fit)longius trahunt,duæ ijs accedunt causæ,quæ ipsas solui vetant. Earum vna frigus est,quod vel ex ambiente aere,vel ex vnctione quapiam extrinsecus admota proueniat: Altera egregia ista diatritos est,siqui videlicet hanc transire medicorum inscitia cogũtur. Quod si & ambiens aer calidus sit,& nemo ex medicis,qui diatriton suspiciunt, ad ęgrotãtem accedat,febris quidem post primam accessionem finietur,idq; cum sudore,vel madore, vel transpiratu,qui halituosus sit. Æger autem,vbi se liberatum à febri senserit,ad consueta munia redibit,lauans,vngensq; se: aut etiam,si agrestis quispiam monticola sit, his omissis comedens. Ac uulgus quidem,sicuti multa alia,vtiq; ab ipsa rerum natura edoctum, melius,quàm sophistæ, agit,ita & in diarijs febribus omnia sibi ipsi præstare sufficit,præsertim vbi citra valentem stipationem constitere. Vbi vero cum eiusmodi stipatione inuaserunt,qui infortunati sunt, in medicum aliquem incidunt eorum,qui diatriton efferunt: Qui fortunati,in eum,qui ipsos & lauabit, & nutriet,cæteraq; omnia præstabit,quibus stipatio soluatur. Sæpe nãq; (ceu dictum est) ex leui obstructione cum cutis latente densitudine,quæ vel ex vitiosa lauatione,vel alio quopiam est cõtracta, diarijs nõ nulli febribus sunt correpti. Quo tempore,nisi quis celeriter obstructionem submouerit,in pluriũ dierũ febres transeunt. Est nanq; eiusmodi febris(quantũ ex ipsa est) earum, q̃ plures dies infestant,& q̃ diariæ sunt,cõis. Cæterum propter causæ paruitatem, vnius diei efficitur, sicut etiam

A etiam propter magnitudinem,multorum interim dierum. Verum accessio eius ab initio ad exitum vsque vna est,modo ne ipsam excipiat ea,quæ ex putredine humorum nascitur. ergo,quoad nec in pulsu,nec in calore,nec lotio,putredinis adhuc aduertitur nota, atque ex sola obstructione ortum habet,vtiq; ipsa obstructionis solutio eius est sanatio: quemadmodumq; hanc soluere conueniat,ante est dictum. Multæ igitur apparent diariarum esse febrium particulares differentiæ: Vna,quando iam prorsus abijt effectrix ipsarum causa,veluti vstio: Altera,quando hæc etiam adest,sicut stipatio: cuius duæ monstratæ sunt differentiæ,nempe exiguorum meatuum densitas,&, de qua nunc agimus,obstructio. Sanè densitudo ipsa aliàs ex siccitate prouenit,veluti post seruores,aut fatigationes,aut iras: aliàs ex frigore,eoq; vel simplici,vel cum adstrictoria vi. Quæ quemadmodum inter se differant, in libro de medicamentis est præceptum. Iam vero obstructionum ipsarum alia est,quæ ex abundantia: alia quæ ex qualitate succorum,scilicet qui aut lenti,aut crassi sint,incidit. Præferetur autem inter remedia,in ea,quam copia facit,sanguinis missio: In ea,quę ex humorum qualitate consistit,attenuantium vsus. Quod vero ex viribus consilij petatur,vt in diarijs sanè est exiguum,ita in ijs,quæ pluribus diebus vrgent,satis magni est momenti: eoq; maioris, quo hæ sunt longiores. Enimuero,vbi naturaliter se vires habent,ne minimum quidem ⸢in plu-
† ἐν τοῖς πολυημέροις πυρετοῖς, legunt tũ impressi, tũ pleriq; ex manuscriptis codicibus, vt etiam Linacer vertit. Sunt tñ qdam codi. q addant κἀτοῖς ὀλιγημέροις. i. & ĩ ijs, quæ paucorum sunt dierum.
B rium dierum febribus⸣ vacuantium auxiliorum vsum morantur. Vbi non naturaliter se habent, (voco autem non naturaliter,cum infirmiores quodammodo sunt) pro magnitudine imbecillitatis impeditur vacuantium auxiliorum vsus. Sanè rarius accidit, vt protinus in primo secundo ue die vires imbecillæ cernantur: Accidit tamen interdum,vel propter ægrotantis malum corporis habitum,vel propter senium. Non nullis etiam fatigatio,vbi vstio,& tristitia,vigiliæq; præcesserunt,& inedia per totum secuta est diem,dein febris prius, quàm homo cibaretur, circa vesperam occupauit,& nox insomnis est acta,vires magnopere resoluit.

Quo pacto in iuuene febricitante Diatritariorum errorem Galenus indicauerit,ac emendarit. CAP. 3.

NEc alienum sit,si tibi talem ægrotum describam, in quo primũ ausus sum ratione ipsa mihi viam monstrante & diatriton contemnere,& virium rationem habere: posteaq; alios,quos in simili casu vidi,audacter eodem modo,quo illum,curare. Siquidem primum periculum post,cp; ijs,quæ ab indicatione sunt inuenta,subscripsit,ad secundum vsum reddit magis animosos. Ergo iuuenis,qui febri est correptus,annos natus erat quinque & viginti,gracili corpore & musculoso, veluti canis: tum sicco calidoq; omnino temperamento. Iam idem exercitatione quodammodo
C delectabatur,& alioqui cogitabundus,& industrius erat. Is peregre agens, cum nuncium parum gratum accepisset,& tristatus est,& propere se accingens ad vrbem festinauit. Ac priore quidem die & laborauit modice,& lotus cœnatusq; in quodam diuersorio quieuit, sed maxima ex parte sine somno. Postera die etiam magis festinauit: ac longa via,& fabulosa,& squallente tum sub feruente Sole confecta,hora propè septima & semisse peruenit in vrbem. Ibi,cum ea,quorum causa maturasset,meliora audiret,in gymnasium lauaturus proficiscitur: dein vnctus,vnà cum quodam eorum,qui aderant iuuene,perfrictus est. A quo cum,vt paululum dimoueret,prouocaretur,orta inter eos contentione,(qualia sæpe incidunt ijs,qui exercitationibus indulgẽt) plus iusto est exercitatus: eratq; iam immodice siccus. Egressus vero gymnasium,inuenit amicorum quosdam pugnantes: quos dum dirimit,imprudens in aliam exercitationem non leuem incidit, dum alios eorum diuellit,alios impellit,alios complectitur medios,alios,vt iniurios, increpat,ac pro ijs, qui iniurijs affecti essent,irascitur,adeo,vt domum se in summa siccitate reciperet,lassitudinem,inęqua litatemq; sentiens. Aquam igitur ex consuetudine bibens,vbi nihilo se leuatum,sed inæqualitatẽ sibi intendi sentit,hanc quidem vomuit. Ratus autẽ vtilius adhuc cibo abstinere,accubuit, ac qeti se dedit hora ferme diei vndecima. qd' cũ fecisset,ac nocte tota febre diuexatus vigilasset,postridie
D quoq; quieuit vsq; ad meridiẽ,sperans se somni aliquid cõsecuturũ. Quo tẽpore cum eum medici quidam diatriton colentes,inuiserent,tum quidem homini satis magnã esse febrẽ aiebant, vesperi autem se illum reuisuros. Itaq;,& vesperi cum redirent,ac febrem inclinatam cernerent, ne tum quidem nutriendum censuerunt,quãuis etiam id alius quidã medicus suaderet: immo strenue restiterunt,adijcientes,si quidem sine febri esset, fortasse cibum daturos: febricitante adhuc minime id facturos. Quinetiam,cum tertio die mane redirent,etiam tertiæ diei accessionem transmittendam censuerunt. Erat autem(vt prius dictum est) suspecta hora illius diei vndecima. Ergo digressis illis,ipse accessi,ac faciem iuuenis contemplatus vidi talem esse, qualem in prognosticis
cc Hippocrates his verbis pingit: Nasus acutus,concaui oculi, ac reliqua, quæ deinceps ab eo dicta scimus. Itaque,cum omnino mihi persuaderem fore,vt tum in hecticam febrem,tum quam marasmῳde vocant,homo,nisi cibaretur,incideret,sorbitionem ex alica quàm primum paro,atq; exhibeo. Et tamen quamuis hac sumpta,cum accessio suo tẽpore circa vndecimã inuaderet,sic extremis partibus perfrixit,vt calfieri hæ vix possent,& pulsus illi paruus rãrusq; quàm maxime fuit.
* ἀῤῥῶστος. i. ĩbecillus. Qua ex causa illi etiã quarto die tum mane,tum vesperi cibum dedi,quo. s. & vires repararem,& corpus humectarem. Erat nãq; cutis eius, ceu corium, arida. Vbi autem febris tenuis,& similis pseuerauit,statui deinde quinto die nõ simplici sorbitione hominẽ cibare,vt ante,sed alica ex aqua calida,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

calida,citraq; conditurã,iniectis in eam mali punici granis. Est nanque is optimus cibus bilioso E stomacho.nam & roborat hunc malum punicum:& alica,cum diutissime in ventriculo citra corruptionem maneat,sensim concoquitur,nec acescens,nec innatans.Quæ vitia accedere sorbitionibus aliquando solent.Incidit vero & in ipso quinto principium accessionis simile. Itemq;,cum & sexto & septimo,eum simili ratione cibassem,in nõno rursus simile principium præcedentibus * octauo. fuit.Vbi nimirum vel amentiam,vel pertinaciam,vel,haud scio,quid dicam,eorum,qui in principio hominem transmittere tertiæ diei accessionem sine cibo iusserant, prorsus intelligere licebat. Nam,cum cunctis euidenter appareret nunquam peruenturum eum ad quartum fuisse, si nutritus ante accessionem tertij non fuisset,illi & tum eum,et secutis etiam diebus non recte nutritum aiebant.Cæterum committendum non erat,vt eorum redarguendi studio,ægrum quis non exhibito in ipso accessionis die cibo proderet.Igitur nono die similiter hominem nutriens, cernensq; in accessione pulsum eius redditum, quàm prius erat,firmiorem, cæterum imbecillitatem illam adhuc præferentem cum extremarum partium frigore, non potui sustinere medicorum illorum meras nugas,sed vndecimo die præfatus prius ægrotantis amicis fore,vt ipso die intelligerent hominem hactenus nostra opera fuisse seruatum,permisimus illi præterire accessionis horas. Ergo, cum & sine pulsu omnino in ipsis esset,& frigus eum vehemens totius corporis premeret sic, vt F nec loqueretur amplius,& vix impellentem sentiret,cõuocati in vnum medici omnes, qui ab initio videramus,ab ægrotantis propinquis propemodum sumus discerpti: Ego quidem,quòd obpertinaciam vltro ægri salutem prodidissem:qui vero diatriton colebant,propter ignorantiam & stupiditatem.Ac illi quidem pallidiores frigidioresq;,quàm ipse æger, consilium quoddam fugæ captabant.Quod ego prospiciens,aulæ ostium obserari iusseram,& simul amico cuidam clauem seruare.Post medius eorum stans,iam,inquam,vobis constare planè arbitror,quis hactenus hominem seruarit.Seruabitur autem & nunc nostra opera. Neque enim,si periturum omnino in hac accessione putassem,à cibatione destitissem.Sed,quoniam ex præcedenti iam victu tantum illi roboris supereße noueram,vt tolerare accessionem posset,permisi accessionis horas sine cibo transmittere.Ac satius quidem fuisset multo ante hominem nutrire. Verum,quò & istos redarguam, & quibusdam his auscultantium,qui confici à nobis iuuenem, quòd illam occasionem omiserim, dicunt,persuadeam,nunc illis ostendam vel in accessione ipsa ægrotantes quosdam nutriri debere,nedum ante hanc.His dictis,ac diductis hominis maxillis,infundo ex angusti oris vasculo,cremoris ptissanæ tres cyathos:paulo autem post albi & tenuis vini,modiceq; calida diluti duos cyathos.Post quos & sustulit oculos,& tum audire,tum loqui, tum præsentes nosse cœpit,cum ante, G veluti lignum aridũ, porrectus sine voce ac sensu iaceret. Rursus itaq; dato ex vino,quo dixi modo,diluto,pane ad comedendum exiguo prorsus hominem reuocaui.Quem,vt rursum ad institutam ab initio victus rationem reduxi,& tertij decimi diei accessionem facile tolerare vidi,in quartodecimo rursus mane cibaui:ac post circiter horam octauam laui:deinde rursus liberalius cibaui: ac mox vinum bibendum exhibui.Idem vero & in duodecimo & tertiodecimo feceram.In quinto autem decimo rursum cibaui mane.Cum vero facilius tum quoq; accessionem ferret, in sexto decimo denuo laui.Cæteraq; circa hominem peregi,sicut in præcedentibus diebus. At,vbi in decimo,septimo minime grauis paruaq; accessio fuit,audacter hominem de cætero sub conualescentium victus ratione habui.Hic æger non paucos semimalorum, ac non penitus asinorum docuit etiam ante accessiones ipsas non nunquam esse cibandum,vel si duarum horarum intercedat spatium:ac multo magis ante accessionem tertij.Ostendi autem tibi & in prima ipsa accessionis inuasione eiusmodi homines esse nutriendos. Dico autem eiusmodi homines,in quibus corporis intemperies ad siccum & calidum conuersa febres accendit.

Ratione atque experimento monstratur,quàm vtilis non nunquam sit ante accessionem vel in ipsa accessione cibatio. CAP. 4. H

PORrò hoc quoque plerisque medicorum fortasse sit incredibile. Sed,siue rationi ipsi fides est adhibenda,siue operibus,nos fidem ambobus facimus: Operibus quidem, dum homines ijs monstramus, qui, si biduo patiantur inediam, necesse est,febricitent,ita scilicet,vt nõ nulli,vbi concitati ad iram sunt,vel mœrore vel vigiliis affecti. Euidentissime enim tum in conualescentibus ex diutino morbo talia fieri cernuntur:tum ijs,qui calido & sicco sunt temperamento.Quam vero ratio ipsa fidem huic rei facit, alibi iam dicta est. Dicentur tamen & nunc eius rei summæ. Mordens halitus & succus,vbi per sensibilia corpora fertur, horrores & inæquales totius corporis concussiones (ῥῖγη graece dicunt) facit † in ijs,quibus cute stipata, quæ prius transpirabant, iam sunt retenta. Quoties enim fuliginosa sunt, febres accendunt. Ergo eiusmodi halitus & succos,tum multa & vehemens dimotio,tum vigiliæ,& ira,& dolor,& cura augent: tum proxime ab istis vnum illud per se interdum augere eos sufficit,vtique si cibum quis non sumpserit.Efficitur enim corporis habitus in ijs naturis,quæ facile amaram bilem generant, ex longa inedia biliosus. Si igitur tum id incidat,tum æger motu quopiam valentiore, q̃p pro viribus, vsus mordentium excrementorum impetum confertim foras excitarit,necesse est (veluti in symptomatum causis ostendimus) vel concussionem,quam modo dixi,vel horrorem subsequi. Ac concussio

† In græcis ita legit. ἐφ' οἷς τε-γνωμένου τοῦ δ' ἔρματος, ἐπι σχεθέντα τὰ διαπνεόμενα πρόσθεν, ὅταν ἡ λιγνυώδη, πυρετους ἀνάπτει. i. per quos horrores & rigores stipata cute,ea,q̃ prius trãspirabãt, q̃ fuliginosa sũt, febres accendunt.

A cussio quidem ista succedet propter eorum, quæ feruntur, excrementorum tum multitudinem, tum acrimoniam,tum impetus celeritatem, tum laborantis virium infirmitatem. Nam,& quæ multa paucis:& quæ qualitate sunt insigni,ijs,quę ita non sunt,mordent magis:pari modo,et quę cum celeritate feruntur,ijs,quæ tarde. Iam vires,vbi valentes sunt,omnia contemnunt ac tolerãt: vbi infirmæ sunt redditæ,vel abs quouis offenduntur. Horror fiet, vbi & qualitas eorum,& impetus velocitas est remissa,tum copia minor:ac potissimum cum vires tristanti obsistũt. Si vero iam dicta largius remittantur, ne horror quidem fiet,sed vel vlcerosus quidam sensus, vel tantum inæqualitas. Ergo coeuntibus omnibus iam dictis,†{quod vehementissimum est,oritur,vtique supradicta totius corporis concussio:}rursus remissis omnibus,nullus ex transitu excrementorum fit sensus. Quòd si quædam sint, quædam non sint, & quædam maiora sint,quædam minora, in eiusmodi mistionibus media latitudo omnis,†{quæ inter id,quod maximum est, quod ῥῖγος græce vocari diximus,& minimum,qui est nullus omnino excrementorum sensus,} efficitur. Itaque nihil mirum est,si dictarum causarum quælibet vel per se,vel cum alijs iuncta, alij inæqualitatem, alij vlceris quempiam sensum,aut horrorem,aut dictam concussionem afferre videatur. Nam pone,vires imbecillæ sint,corpus ipsum admodum sensile,(quippe id quoq; ostensum est nõ parum

† τὸ σφοδρότατον ἔσι ῥῖγος. ideſt vehementiſsimus oritur rigor.

† τοῦτε μεγίστου ῥίγους καὶ τῆς παντελοῦς τῶν περιττωμάτων ἀνωσθησίας. adverbũ. inter maximũ rigorẽ & oĩmodam excrementorũ insensibilitatẽ.

B ad eiusmodi symptomatum generationem conferre:)habitus autem corporis gracilis,et temperamentum biliosum,stomachusq; similiter bili affectus:tum his omnibus accedant inedia cibi,& vigiliæ quæpiam,& tristitia,& solicitudo:ad hæc progressus à domo,qui ex vrgente quapiam causa sit necessarius:postea his propositis(id quod aliquando fieri vidisti)det sedulo operam,vt plus itineris per vrbem,re ita postulante,festinus peragat:nunquid huic ex eo,qui excitatus est,mordentium excrementorum motu primum quidem inæqualitas quædã,mox vero etiam horror prompte incidet:quòd si motum quoq; continuet, vel cibum sumere non anteuertat, protinus etiam febris? Equidem ita febricitantes aliquos ostendi tibi,maxime ex ijs,qui è longo morbo conualuerant.Quorum cum vni forte fortuna occurrissem,qui mox ante horrescere cœpisset,vt rem expo fuisset,dato ex vino diluto pane,continuo horrorem inhibui. Verum hũc(vti scis) per viam in officinam quandam perductum febricitare prohibui.Alios vero,qui prius se domum suam recepissent,in ipso principio horroris,vel paulo posterius cibauimus.Atque,vt semel dicam,quibus incipientis adhuc accessionis aderant symptomata,ijs omnibus panem ex vino diluto ac calente mature exhibens,& horrorem statim inhibui,& febrem prohibui.Quanto vero hos citius cibaueris, tanto scilicet magis febrem prohibueris. Quòd si paululum aliquando morere,vtique febris ne

C tum quidem,calor tamen multus ijs aduenit,simillime planè ijs,qui per vehemens frigus facto itinere,reuersi domum,calidis sunt nutriti.Quippe,si plusculum morere,maiorem calorem sentiẽt, talemq; ac tantum,vt dubites,an hunc,febrem appelles.Sin duæ horæ ab initio inæqualitatis interpositæ sint,nutries tunc quoq;,modo horror adhuc duret,prædicens tamen,quòd hi febricitabunt,cæterum innoxia febre,& cui cutis mador succedet:quo facto,tum lauare, tum rursus nutrire debebis.Quòd si horror præterierit,ac iam planè febricitent,cibandi id temporis non sunt, sed decrescente iam accessione ilico sunt nutriendi integritate non expectata.In nullo nanque squalido affectu commode finitur accessio prius,quàm illi vel ex lauacro,vel humido victu humectatio accesserit.Hæc ego omnia cum operibus indicarem,qui me vel laudabant, vel æmulabantur, scilicet quòd supra eorum opinionem erant,quæ egeram,παραδοξωσιόν,quòd paradoxa facerem, (vt scis)vocabant.Cum vero ratione de ijsdem differens docerem aliquos ante accessionem esse cibandos,aliquos in ipsa,idq; vel inclinare iam incipiente, vel etiam in ipso summo vigore: tum παραδοξολόγον me,quòd paradoxa dicere viderer,appellabant. Ergo quid facias his hominibus, quibus nec opere,nec ratione persuaderi potest? At, inquiunt,fieri nequit, vt eiusmodi affectus quis agnoscat.quomodo igitur nos eos agnouimus? Videtur ne cuipiam fieri non posse,vt calida

D & sicca intemperies agnoscatur,vel quæ ab ortu vsq; fuerit, vel quæ in præsenti tempore talis sit reddita? Mihi sane tàm videtur facile,quàm has ipsas agnouisse literas. Quid illud vero,si huic nõ sit adhuc in succis putredo vlla,illi vero sit,non posse vobis videtur hoc discerni? Mihi posse videtur. Nam & ex pulsu,& vrina,& ex ipsa non nunquam,quę in calore est,qualitate euidenter id discernimus.Quod si propterea,quòd nec ipsi quicquam discere volunt,nec sese exercitare,scientibus parum credunt,quid verat,quò minus tum geometris ipsis, tum arithmeticis, tum reliquis artificibus omnibus nihil credant?

Calidas & siccas naturas inediam non tolerare,ac de primis capitibus,quibus ratio cibandi contineatur. CAP. 5.

MIsso igitur hoc genere hominum,rursus seriem sermonis nostri persequamur. Calidis ac siccis naturis aduersissima res inedia est,ac febrium paratissima causa. Voco naturas calidas & siccas non solum,quæ à primo ortu tales ex proprio tẽperamento sint,sed ẽt,quæ posterius ex calido siccoq; victu,& plurima dimotione,& vigilia, & cura, & tristitia, & regione calida siccaq;,& tempore æstiuo,et cœli statu calido siccoq; sint acquisitę. Sanè licet & citra temporis anni mẽtionem,in eiusmodi sermone statum cœli solum nominare. Verum, si altius repetam,id,quod dico,magis credes.Calida & sicca temperamenta,siue ea ex prima origine talia sint,siue ex victu,

&

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

& immodico labore, & animi perturbationibus, & regione, & cœli statu, inedia vehemẽter lædit. E In hac dictione, ipsis saltem verbis, omissum est anni tempus, potestate tamẽ omissum non est, vt-pote quod in cœli statu comprehenditur: quando calidus in summo siccusq; cœli status iam dictã temperaturam efficit. Hic autem status alio anni tempore, quàm æstate, planè incidere non potest: quando nec in autumno, nec in vere, multoq; minus in hyeme fieri potest, vt calidissimus simul ficcissimusq; cœli status fiat: sicut nec humidissimus pariter frigidissimusq; in alio, q̃ hyeme. Ob hæc igitur ipse quoque aliquando prætermisso anni tempore, cœli statu sum contentus. Liceat tamen cuiq; nominibus, quibus velit, vti, modo à rerum natura non discedat. Est porrò rerum natura, qualem & modo diximus, & nihilominus nunc dicemus. Nam, quæ maxime sunt ad curationem necessaria, eademq; maxime ignorata, nec Hippocrates ipse identidem repetere grauatur. Igitur inedia siccis calidisq; corporibus, valentibus quidem noxia est: ijs vero, qui in calida & sicca æstate febre laborant, quæ scilicet ex vstione, aut labore immodico, aut vigilijs, aut comprehensis iam animi mõtibus sit contracta, non simpliciter noxia est, sed, si quicquam aliud, planè perniciosa: quippe vel in febres ardentes ex ea incidunt, à quibus, nisi prius mors occupet, in hecticas migrant, atq; ab his in marasmum: vel protinus ab initio ardentibus præteritis, in hecticas. Maxime tamen (vt dictum sæpius est) siccos calidosq; affectus statim à principio hectica corripit, sicuti F mulieri accidit, quæ autumno ex tristitia & vigilijs febricitare cœpit: perseuerauit autem ad plurimum hyemis. Hanc quarto die (vt scis) vidimus, deprehendimusq; statim hecticam esse febrem, cum alia, quam humores excitarant, cõiunctam. Curatio autem vna tum fuerat, vt frigida tempestiue & moderate daretur, consuetæ scilicet hanc per sanitatem bibere. Verum alijs curatio huius erat commissa: quare nobis silere est visum. Alteri vero, qui eodem tempore egrotarat, & se nobis commiserat, quoties nutritus est, fontanæ planè gelidæ dedimus interim binos cyathos, interim ternos: quando frigidam simul multam sibi dari, qui ita sunt affecti, citra noxam non ferunt. Quocirca vtilissimum est, vbi febris ideam perspexeris, in prima statim accessione minore cum periculo, copiosiore frigida vti, corporibus ad validam siccitatem nondum perductis. Qui enim in feruoribus sub canicula ex ira febricitauit, (iuuenis autem hic erat siccus & calidus) vbi in prima accessione duas frigidæ heminas bibisset, statim quidem vomuit flauissimam bilem, non multo autem post etiam deorsum excreuit. Deide, cum rursus post cibum aquę circiter heminam similiter sumpsisset, iam febricitare desiit. Non defuere tamen medici, qui, cum nullam à principio febris speciem agnoscerent, sed postea, cum iam præteriisset occasio, intelligentes vel in hecticam, vel etiam in marasmoden febrem ægrotantem incidisse, frigidam bibendam, nos imitantes, præbue- G runt. Sed nemo metam attigit. Nam magna solicitudo habenda est in ijs, qui ita se habent, de frigidæ potionis mensura. De qua paulo post dicemus, vbi propositæ disputationi finem imposuerimus. Quippe æger is, quem ante descripsimus, exemplo omnibus est, quibus propter siccitatem à principio statim dari cibus debet, etiam si febricitare iam incipiant. Nam, cum accenditur in his febris propter mordentem acrimoniam excalfacti attenuatiq; ex Sole & inedia & laboribus succi, maximum eius remedium est humidum nutrimentum: sicuti è diuerso, vbi ob copiam, vel obstructionem, vel phlegmonen, vel (vt semel dicam) humoris alicuius putredinem febris est orta, maximo malo est cibus. Atq; hos quidem nec in iclinatione febris citra noxam nutrias, nedum ipsa accessione inuadente: illos vero omni certe tempore, sed potissimum per inclinationem. Me quoq; subinde vidisti eos, qui ex abundantia, & qui ex phlegmone laborarẽt, sub longa inedia tenuisse sic, vt prorsus ante septimum diem non cibarem, sed sola mulsa contentus essem, viribus scilicet valentibus. Quosdam eorum, quibus videlicet vires validæ non fuerant, aut stomachus biliosus, aut imbecillus, aut plus iusto sensilis, solo ptissanæ cremore vsq; ad septimum diem traxi, quo morbus †-{in summo esse incremento}- debuerat, aut etiam oĩno per crisin discuti. Sunto igitur tibi à † Al. παρακμάζειν. i. declinare. primo statim die in omni ægro spectanda duo illa, quæ Hippocrates iusserit, à quibus cibandi consi- H lia petas, morbi summus vigor, & ægrotantis vires. Postea, si transiri summum incrementum sine omni cibo potest, in cibi abstinentia hoiem seruabis: Sin exiguum admiculum requirat, abunde erit sola mulsa: Quòd si maius desiderat, q̃ sit ex mulsa, ptissanæ cremor satis erit. At, si fas non est summũ morbi incrementũ, aut tenui victu, aut inedia transmitti, id agendũ, vt homo statim in primę accessionis inclinatione cibet. Aliquos vero eorũ (vt dictũ est) & cũ inuasura adhuc est, & cum incipit, cibabis. Sint porrò hi sicco tẽperamento ac calido, aut à primo ortu, aut certe illo tempore, oportet: tum viribus necessario imbecillis. necq; n. fieri põt, vt abũde siccũ calidumq; corpus, cum febricitet, viribus sit valentibus. Si tñ cum eiusmodi febri ac corpore, momentanei membri phlegmone sit coniuncta, oĩno eger morietur (nã id quoq; prædixisse me semp, nunq̃ vero falsum ipse testis es.) Magisq; id certũ est, si pulmonis, vel mẽbranæ, quæ costis subtenditur, vel ventriculi, vel iecinoris phlegmone sit. Etenim, quæ has partes phlegmonæ occuparunt, non modo ijs, qui tàm imbecillis sunt viribus, sed ẽt ijs, qui valentiores ipsis sunt, mortiferæ esse solent. Vnaq; salus tum pleuriticis, tum peripneumonicis, adde ẽt synanchicis. i. qui angina laborant, est ipsum virium robur: Non secus vero, & quibus vel iecur, vel ventriculũ phlegmone obsidet. Nam, quod ad phlegmonen, quæ in ijs est partibus, spectat, minime planè est cibandum: quod ad virium infirmitatem,

vtiq;

* διαθέσεις est in impressis, vt Linacer vertit. κρίσεις autẽ. i. tẽperaturas est in quibusdam antiquis.

* πάθεσι.

* καινουρίαν.

A vtiq; sæpe. Ita necessario aut vires resoluent, aut phlegmone augebit. Atq; hæc mihi latius fortassis, q̃ pro re, proposita, sunt dicta: qui præsertim hoc libro statuerim de febribus, q̃ absq; phlegmone infestãt, disserere. Cæterũ tractationis cõuenientia fecit, vt quatenus necessariũ esset, digrederemur.

Quo pacto præcauendum sit, ne febris in squallente habitu in hecticam pertranseat: ac de duplici putredine, quæ febres accendit. CAP. 6.

DEnuo igitur redeamus ad febres, quæ iam comprehensis febribus sunt affines, quas noiare hecticas solemus. Nam, qui supra descriptus à me iuuenis est, hectica febri laborasset, si mirificã diatriton transigere fuisset coactus: nisi tñ prius ab ijs, qui absq; methodo victus rõnẽ ordinare consueuerũt, fuisset interẽptus. Proponat igit alius quispiã, cui cũ supradicto cętera quidem oia sint eadẽ, vires tñ tanto sint valentiores, vt tridui inedia tolerata duret: Necesse est hunc, si modo ita cibet, quẽadmodũ cibant, qui diatriton extollunt, in hecticã incidere. Nã ij primũ in quarto ipsum cibarent, post in sexto, mox in octauo, deinde in decimo: qppe talis est (vt sępe vidisti) eorum cibandi formula. Prima quidẽ cibatio post primã diatriton: reliquæ alternis diebus. Protinus autẽ (arbitror) & ex artomelite. i. pane ac melle siccassent eius pręcordia. nam id quoq; ex legibus eiusmodi medicorũ est, siue phlegmone viscus aliquod laboret, siue secus. At, quẽadmodũ quidẽ eos

B cibare, qui ita laborent, inter initia conueniat, supra est dictũ: sed nihilo tñ secius nunc quoq; summatim repetet. Quoties vel ex lassitudine, vel ira, vel pluribus curis, vel vigilijs, vel tristitia, vel lõga inedia, vel vniuersis vnà (sicut in supra descripto iuuene) coeũtibus siccatum corpus est, ac febris inualit, q̃ & aridã reddat cutẽ, & igneum habeat calorẽ, vtiq; hũc talem timor est febri hectica correptũ iri, potissimũ in æstate, ac cœli statu calido siccoq;. Oportet autẽ, q̃ primũ ptissanę cremore, & sorbitione ex alica nutritum, paneq; post oblato, aquæ frigidæ potione hoiem cures. quippe protinus extinguit ac cessat oĩno febris, modo (vt dictum est) nec phlegmone aliqua ei sit adiũcta, nec putredo humorum. Nam, si horum vteruis sit, attendere diligenter oportet ac discernere, quo primum tẽpore aquã frigidã dare homini sit audẽdum. Ego. n. talium quoq; non paucis dedi, tutius esse ratus phlegmonas in pręsens augere, q̃ sinere hoiem hecticam febrem incurrere. Vbique igitur (vt semper dicere soleo) curatio dignotionem prænotionemq; consequit. Si quidẽ, & dignoscat, quod præsens est, & prænoscat, quod ex eo futurum est, oportet, qui volet notabilis efficaciæ remedio vti. Si tñ magnum fore incõmodum vel humorum putredini, vel phlegmonę conijcies, â frigida quidẽ danda abstinebis: refrigerantibus aũt remedijs, quæ foris applicantur, vteris, modo ea super os ventriculi aut tota præcordia, modo super pectus imponens, vbi. s. plurimum subesse

C caloris maxime iudicabis. Sanè diximus ijs, qui ita laborant, balnea quoque esse non incommoda. Dico ijs, qui siccato plurimũ corpore sunt, & ex aliqua earũ, quæ dictæ sunt, causarũ citra humorũ putredinem febricitant. Monstratũ vero nobis est in ijs, quæ de febribus scripsimus, phlegmonas quoq;, ppter putredinẽ humorũ, qui in ipsis habent, febres subsequi. Quocirca, siq̃n dicã febribus, quæ ex putredine accẽduntur, tale quippiã conducere vel non conducere, ẽt eas, quæ à phlegmone excitantur, in cõi putredinis genere cõprehensas intelliges. Sicubi vero deinceps vtrasq; noiare videris, scias eas, quæ ex phlegmone, ab ijs, quæ ex sola putredine ortum habent, tum discerni. Cuiusmodi autẽ sit phlegmones affectus, tum in libro de inæquali intemperie, tum vero in eo, qui de tumoribus præter naturam est inscriptus, docuimus. Admonuisse tñ & nunc te non sit inutile. Cum sanguis calidus copiosior in aliquam aialis partem procubuit, maiora eius vasa protinus distenduntur, vtpote abundantiæ continendæ non sufficientia: Ab his deinceps, quæ minora sunt: Mox, vbi nec in ijs satis cõtinetur, exudat foras in ea ampla spatia, quę inter vasa sunt, sic, vt ẽt oia, quæ in cõposita carne habentur, loca occupet. Atq; hæc quidem est phlegmones affectio. Possunt vero & sine hac in ipsis vasis humores aliqui putrescere, idq; aut in vna animalis particula in finibus ipsorum impacti, aut ẽt in totis eorum capacitatibus, quæ inter bubones & alas sunt, compre-

D hensi. Cum igitur (ceu diximus) citra putredinem squallenti corpori febricitare contigerit, caput totius curationis in ijs remedijs, quæ refrigerent & humectent, statuere oportet.

Sex esse materiæ differentias, quibus frigus & humiditas hecticis febribus conciliantur. CAP. 7.

* προσπίπτουσι.

POrrò duplex genere est harum rerum prima materia. Vna eorum, quę foris admouentur. Altera, quæ intrò in corpus sumuntur, quæ sanè & prospheromena, id est sumenda, vocãtur. Extrinsecus corpori incidunt tum aer ipse, qui nos ambit: tum pharmaca, quæcunq; humectandi refrigerandiq; vim obtinent: & tertium præter hæc, dulcis aquæ balneũ. Intrò in corpus sumũtur, quæ eduntur ac bibuntur, & inspiratus aer. Ab his generibus tentandũ est propositis hoc loco febribus tum humiditatem, tum refrigerationem comparare. Verum refrigeratio, qm̃ per efficaciss mam qualitatem inducitur, & parui temporis est, & periculosa: contra, siccitatis per ea, quæ humectent, curatio, vt longi temporis est opus, ita minus est, q̃ refrigeratio, periculo expolita. Igitur dictas sex materiæ differentias deinceps iam examinemus, ab ambiente exorsi.

De eligendo ac parando aere, qui hecticis febribus conueniat. CAP. 8.

HIc igitur si tẽperatus est, qualẽ se exhibet, vtiq; tali nobis est vtendus, nihil amplius de eo solicitis. Sin admodũ calidus est, vel admodũ frigidus, p calido inducendus arte contrarius est, subterraneis inuentis domibus, quæ & frigidissimæ sint, & maxime perflatæ, & ad septẽtrionem

versæ:

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

versæ:tum auris quibusdam,quæ ipsis sint prõpriæ, opera nostra paratis,aliàs ex euripis,in quo se deijciant multi aquarum fontes:aliàs aqua frigida de vasis in vasa trãsfusa.Iam hoc statim ẽt somniferum est.Præterea domo assidue aqua,quæ prorsus frigida sit,aspersa:ac rosis plurimis humi fusis,aut vitium capreolis,aut ruborum summitatibus,aut lentisci ramis,aut deniq; reliquarum,quę refrigerẽt,stirpium aliquibus.De quibus ẽt prius est dictum. Turba quoq; hoiũ ingredi prohibita:nam id quoq; domum calefacit.Atq; ita quidem calidissimum aerẽ refrigerare, qui.s. in æstate calida & sicca accidit,est tentandum:quandoquidem in hyeme calidissimus esse non potest, sicuti nec frigidissimus in æstate.At,siquis modice frigidus est,hoc esse contentos oportet, nihil aut machinantes,aut de temperie eius alterãtes. Qui vero frigidissimus est,vtiq;,quatenus respirãdo attrahitur,admittendus est,vt qui calorem,qui est in corde,admodum refrigeret:non tamen quatenus extrinsecus ægrum contingit.quippe id densat cogitq; cutim,ac putrẽdinosorum humorum efflux transpirare prohibet.Siquidem per pulmonem,quod rarum viscus est,difficile non est, vt tum qualitas ipsius,tum ẽt substantia ad cor facile perueniat.At,per cutim,fieri nequit, vt eius vel qualitas,vel substantia ad cor perueniat,vtpote prius densatam.Nam,quod in libris de simplicium medicamentorum facultate,de ijs,quæ vehementer adstringunt,est dictum,id hic quoq; reuocari ad memoriam debebit,ac sciri,qui nimium frigidus aer est, hunc cutim densando, semper sibijpsi viam præcludere.Scire tamen licet maius fore ex frigida inspiratione cõmodum,q̃ ex cute densanda incõmodum:præsertim cum operimentis hanc calfacere licet.Porrò vtendum maxime eiusmodi aere est in ijs hecticis,quibus primũ,quod afficitur,ipsum est cor:Æque vt,si ventriculus primum esset afflictus,ipsi per comesta et bibita esset succurrẽdum.Huic.n.illa cum integris adhuc viribus occurrunt,sicut cordi inspiratus aer.At iecinori ex inspirato aere nulla certe vtilitas accedit:à comestis vero & bibitis minor planè,q̃ ventriculo,cæterum aliqua nõ obscure aduenit. Cõmunis autem omnium sanatio est per ea,quæ extrinsecus applicata refrigerant & humectant. Atq;†{in his quidem visceribus}magna ex parte hecticas marasmodesq; febres accidere cõtemplati sumus.Superueniunt tamen aliq̃ et pulmonum siccis calidisq; intemperamentis:Attamen opportunum eiusmodi febribus id viscus non est,vtpote humidum laxumq;.†{Incidunt præterea & pectori,& pinguí membranæ,}quod Mesaræon dicitur,& ieiuno,& colo:interim vero & vtero,& renibus.†{In septo vero transuerso}marasmum non vidi,hecticam sanè febrem vidi,& hanc semel quidem plane absolutam,sæpe vero citius interimentem,q̃ planè esset cõpleta. Eiusmodi nanq; affectum & spirandi difficultas,& delirium excipere solet.Ex quibus magna ex parte prius moriuntur,q̃ hectica prorsus sit perfecta.Est autem eorum agnitio facillima, tum ex pulsus durítia,tum ex eo,q; præcordia plurimum trahuntur sursum,tum ex difficultate spirandi, quæ illis est & inæqualis & varia:quippe alias,quàm maxime paruum & frequens spirant:rursus aliq̃ manifeste spíritum tardant:dein subito,quemadmodum gementes respirarunt,vel duplicem spíritus intromissionem,quasi superinspirantes,vel duplicem foras missionẽ faciunt:†{veluti respiratio respirationem comprehendat.}Respirant vero hi sæpe & reliquo thorace toto,non sensibiliter modo,verũetiam notabiliter,tum opertas scoptulas, quas Homoplatas vocant, attollentes: aliq̃ admodum raram & magnam respirationem edunt,vtiq; cum delirij malum precipue domi natur.Verum præsentis instituti non est vel laborãtium partium notas, vel earum causas referre. Quare denuo ad curationes reuertamur:æstimemusq;,quas vires propositę iam materiæ aduersus hecticas febres habeant.Sanè diximus iam non nulla de aere tum calido,tum frigido:quí præcipue qdem est vtilis,cũ,quod primum afficitur,ipsum est cor:q̃uis confert & in reliquis febribus nõ parũ,q̃quidẽ in his quoq;,necesse est,cor similẽ intẽperiẽ recipiat:citra quam nec marasmus, nec hectica,nec reliquarum vlla febrium consistere potest. Quo facile apparet etiam pulmones, vbi.s.ij sunt,qui primum patiuntur,plus cæteris omnibus refrigerantem aerem requirere.

De parandis medicamentis,quæ extrinsecus hecticis admouentur. CAP. 9.

SEquitur iam,vt de ijs medicamentis agam,quæ extrinsecus admota humectent,& refrigerẽt. Porrò horum quoque ea delegenda esse,quę citra vehementem adstrictionem refrigerẽt, neminem latet.Talia enim,præterq; q̃ non humectant,etiam demittere frigiditatem suam alte non valent propterea,q̃ cutim cogunt,ac coarctant. Optima vero sunt, quæ non modo citra adstrictionem refrigerant, sed etiam corporis substantia sunt tenui.Ac,quæ quidem absolutíssime tenuium partium sit,substantiam exacte frigidam inuenisse fortasse non est. Dixi/exacte/propter acetum,quod cum omnium,(quæ nouimus) potestate refrigerantium planè tenuissimarum sit partium,admistam sibi aliquam caliditatem habet.Præterea corpora,quę contingit, siccat, quãuis ad imaginationem sit humidum.Quo fit,vt ad eos affectus, quos humectari & refrigerari expedit,solo eo non vtamur,sed tanto aquæ frigidæ admísto,vt possit bibi.Cęterum,quanquã corpus, quod absolute tenuium partium sit & simul frigidum,inuenire non est, attamen deligi materias oportet,quæ ad eiusmodi medicamẽti compositionem maxime sint idoneę. Ac dictum quidem latius de his est in opere de medicamentis. Dicetur autem in exemplis non nihil & nunc, quò in hoc quoq; genere membratim sis exercitatus.Incipiam autẽ ab eo medicamine, quod omnium, quæ humectent ac refrigerent,est simplicíssimum. quo etiam aduersus erysipelata vtor, & phlegmonas

* ὑδέας.i.fluues.

* σπεδόνωδῶν Al.συγκαυομένων.i. eorũ quí cõburunt.

† ἐπὶ τούτοις τοῖς σπλάγχνοις.i. ob hæc viscera.

† Incidũt pterea ob pectus, & pinguẽ mẽbranam &c.

† ἐπὶ δὲ τῷ διαφράγματι, ideſt ob septũ autem transuersum.

† καθάπερ ἐπεκπνέοντες .i. veluti superexpirantes.

A gmonas in pudendis, vtiq; inter initia,prius,q̃ depascens aliqua subindicetur putredo. Debebit autẽ ad id præparata esse cera quàm optima,& elota.Sanè optima fuerit|vel alba pontica, vel quæ ex atticis sit fauis.Esto aũt & rosaceum,quod ex oleo fit à non nullis vocato omphacino, ab alijs crudo,quodq; citra salem sit confectum.Maxime vero ad rem ptinebit,si & ipsum oleum tenuiũ prorsus sit partium:cuiusmodi Sabinum est. Cum vti voles, ambo mista liquãtor in vase duplici. Factoq; humido cerato,(cuiusmodi.s.erit, quod triplum aut quadruplum ad ceram rosaceum habet)†{post,quã ipsum fuerit refrigeratum,miscetor} ei paulatim in mortario tm aquæ,quantum in se,dum cum ea mollitur,accipere possit.Expedit aũt & ceratum ipsum prius admodum esse refrigeratum,atq; etiam,quę huic admiscebitur,aquam esse frigidissimam.Abunde aũt ceratum refrigerabis,si, cum modice coiuit,totum vas,in quo continetur,in aquam frigidissimam dimittas. Quòd si aceti quoq; admodũ tenuis ac clari paululum adiscere velis, vtiq; magis adhuc tum refrigerans,tum humectans medicamentum efficies. Non debebit aũt medicamentũ hoc eò vsq; supergrũ corpus manere dum manifeste incaleat, sed assidue subinde mutari. Aliud medicamentũ. Oxalidos,aut oxylapathi succus cum exigua{tenui}polenta mista excipiatur duplicato penículo detrito:affatimq; frigidum & ipsum imponatur. Quòd si eiusmodi peniculi occasio non sit,tũ B linteum duplicatum,& madefactum refrigerandæ particulæ impones.Quinetiam portulacæ,& semperuiui,& vuæ immaturæ succus similiter polentæ miscentur.Ad hæc lens palustris, & viridis tribuli,& polygoni,& lactucæ,& intybi succus,aliaq;,quęcunq; refrigerare est dictum,cũ tenui polenta.Præterea sine polenta licet integris herbis tũsis vti.Iam vero,quod epithema ex pinguibus fit palmulis,quas πατητοὺς græce vocant,salutare medicamen est. Porrò coquere oportet harum carnem,omni membranoso exempto,aliàs ex solo claro aceto:aliàs aqua ipsi admísta: atq; hac,vbi tenera satis reddita est,tunsa vti.Quòd si parum molli crassitudine videbitur, præstiterit iam dicti aliquid admiscuisse cerati. Quòd si rosacei quidpiam dictorũ singulis aliq̃ miscere volueris,nihilo inutilius pharmacum habebis.|Esto aũt,quod admiscetur,tum minimum,tũ & simplex & perfrigidum,& quod factum ex oleo sit salis experti.Sanè, quoties simplex rosaceum,aut aliquid quiduis id genus dico,quod sine aromatis est confectum, intelligi volo.Est vero salutare ad talia medicamen & rosarum succus frigidus,vnà cum polenta.Salutares vero sunt & ipsæ rosę tunsę:præterea stirpium,quæ moderate adstringunt,germina trita. Ad quem modum vti aliquã do licet & herbis,quæ mediocriter adstringant,veluti solano. Verum eiusmodi medicaminũ materiam in alio opere reddidimus vniuersam.Nũc abunde pro exemplis sunt,quæ iam dicta sunt. C Porrò vtendũ his est,non(sicut vulgus facit)toti impositis thoraci,aut toti ventri,immo illi maxime,quod primo est affectum.Neq;.n.necessum est,vt aut cum eo,quod refrigerari valenter desiderat,etiam id refrigeres,quod prorsus nõ desiderat: aut ante iustum tempus refrigerare desistas, timens vicinam aliquam particulam lædi.Ego nanq; hominem scio,qui impósito præcordijs refrigerante medicamento,difficultate statim spirandi laborarit:Alterum vero,quí protinus tussierit.Atq; paulo post vtriq; finitum symptoma,vbi,quod refrigeraverat,est ablatum.Quòd si adeo strenue refrigerare non studebis,habes,quæ id modice efficiant,adhærẽntium medicaminum,ac cerati speciem referentium magnam copiam. Quorum non materiæ modo vim, sed etiam compositionis methodum didicisti.

†Gorrupte legitur i impressis ὑγιθείσῃ.legẽdũ.n. ὑσθείσῃ, vtĩ antiqs hoc pacto, ἐπειδὰν δ' ἄυτὴ ὑγθῆ μιγνύσθω ὑσθείσῃ κατὰ βραχὺ & cęt.i. post, quã autẽ ipsum refrigeratum fuerit ac derasum,misce tor &c.

*ἀλφίτων, quã dictionem alij farinã vertũt.

De balneorum partibus,ipsorumq; facultate,ac qua ratione hectica febre laborantes sint in balneum ducendi. CAP. 10.

VErum ego,cum iam sentiam mensuram præsentis institutí me excedere,ad ea, quæ tractationis series proxima exhibet, conuertar. Proxime vero se à iam dictis exhibet consideratío de balneo, tum ipsius rei causa, tum vel magis propter Philippum, quí †{hecticis, quas μαρασμώδεις vocant,}ipsum noxium putat. Ipse igitur tum de omni balneorum vi, tum etiam D quæ ad eos,qui hectica & marasmo laborant,vel(vt semel dicam)omnibus est accõmoda, in hoc maxime libro, quid sentiam,explicabo.Memini nãque me & supra ĩ diarijs febribus illa laudare: & in septimo huius operis libro,in ijs,quí propter siccam ventriculi intemperiẽ cruditate laborabant atque extenuati erant,sæpe vtendas iubere. Cæterum de vniuersa earum ví nullo alio libro disseruí,sed in hunc seruauí: vbi & de ijs agitur, quibus efficacíssimus earum est vsus, & quibus Philippus ea interdicit. Atq; prius quidem,vbi de vlcerum curatione egimus,indicata causa est, cur proprię cuiusque morbi indicãtiones sint ignoratæ.Dicetur aũt nihilo secius & nunc, vtpote tum ad ea,quæ nunc paramus,tum ad ea,quæ dicẽda sunt,vtilis.Cum.n.vnus in corpore affectus est,eius curationem inuenire,si non ratione,certe experientía haud difficile est. Vbi vero connexi duo tres've sunt,præsertim qui maxime contraria inter se auxilia requirant, fieri nequit,vt experientía,quod agendũ sit,inueniatur:immo nec facile ratione.Siquidẽ & substantiã cuiusq; affectus ad vnguem nouisse oportet,& propriã curationis indicationẽ à quoque affectu cepisse:præterea quẽ primum oĩum,aut magis:quem rursum minus,aut secundo tertio've loco curare conueniat. Hæc igitur causa est,cur vulgo medicorum ignotum sit,& q̃ febrium oĩum,qua febres sunt, proprium remediũ refrigeratio sit,siue ea talis actu sit,siue potestate: & q̃ alia multa ex accidenti refrigerantia, febrium sint remedia. De quibus & dictum non nihil in præcedentibus est,& in

* ἐμπλαστῶν.

† τοὺς μαραινομένους.i. eis, q marcescunt.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ſequentibus dicetur. Quædam nanq; remedia complicatam quodam modo duplicemq; facultatẽ habent ita, vt & prima ratione proficiant, & ex accidente. Quod genus & balneum eſt. Nam frigidæ potio per ſe quidem proficit, vtpote actu refrigerans: Succus autem vuæ immaturæ poteſtate refrigerans medicamentum eſt. Atque hæc quidem ambo refrigerant primum, id eſt per ſe ipſa, nec intercedente alio: At ſanguinis miſſio (veluti prius indicauimus in febribus continentibus, quas ſynochos vocant) non primum, ſed ex accidenti calidam aliqñ intemperiem ſanat. Ad eundem modũ & clyſter, & purgatio, & fõmentum {ex calido liquore,} et cataplaſma, quod digerat, aut concoquat. Vtranque vero facultatem in ſe cõprehenſam habet propoſitum nunc in ſermone balneum, vtpote ex partibus varia facultate præditis cõpoſitum. Quippe ingredientes in aere verſantur calido. poſtea in aquã calidam deſcendunt: mox ab hac egreſſi, in frigidã. poſtremo ſudorem detergent. Poteſt aũt prima eius pars †{materias per totum corpus tum calfacere, tum vero liquare:} præterea, quæ inæqualia ſunt, æquare, & cutim rarefacere, & multa, quæ ſub hac ante detinebãtur, vacuare. Secunda eius pars, vbi quis in ſicco corporis affectu ea vtitur, poteſt madorem vtilem ſolidis partibus immittere. Tertia balnei pars poteſt, vbi quis frigida vtitur, & totum corpus refrigerare, & cutem denſare, & vires firmare. Quarta vero corpus per ſudores citra refrigerationis noxam vacuare. Ergo, cum hæc oĩa circa hominis corpus efficere valeat dulcis aquæ temperatum balneum, & præter hæc etiam, ſiquis intempeſtiue lauetur, tum horrores, tum cutis denſitatem, tentandum nobis eſt omnia deinceps diſtinguere, ac primũ de illis ſermonem facere, qui, cum in balneo ſe lauant, horrore tentantur. His. n. vna (vt ſic dicam) continens excitati ſymptomatis cauſa eſt: Aliæ, quæ hanc præcedunt, multæ. Sanè horroris cauſam eſſe dico mordentium excrementorum confertim actorum citatiorem motum. Proinde, qbus horũ eſt abũdãtia, caro vero, ac cutis denſæ, ſiue balneum ſint ingreſſi, ſiue ſteterint in Sole, ſiue quoquo modo vel geſtati, vel perfricti, vel exercitati, vehementius ſint dimoti, vtiq; iſs horror incidit. Contra, quibus hæc pauca ſunt, & corporis habitus, vt laxetur rarefiatq; à balnei calore, promptus, iſ non modo non horrent, ſed etiam meliores redduntur, vtpote excrementis per id vacuatis. Quo rationabilius nec in febrilis ſignificationis principio, nec in incremento quisq; ægrotantem lauit. Quippe denſata eſt hoc tẽpore coarctataq; & cutis ipſa, &, quę ſub hac habetur, carnea ſubſtãtia. At in febris inclinatione vel incipiente, vel procedẽte, vel amplius progreſſa & nos ſæpe, & alij medici non nulli multos ſæpenumero ægrotos lauantes non parũ his contulimus. Porrò, quãdo inclinatiõe incipiẽte, aut iam progreſſa, aut etiam in ſummo incremẽto (interdum enim id quoq; accidit, tametſi rarò) æger in balneum ſit ducendus, in ſequentibus definiemus. Nunc, cum de generali facultate ſingularum balnei partium diſſerere inſtituí, vnum omnium primum exponam. Dicoq; multos eorum, qui cruditate laborant: plures vero eorum, in quibus mordentium excrementorum abundantia ſubeſt: oẽs præterea, qui vel in febrili ſignificatione, vel in aſcenſu: etiam oẽs, qui in ſummo ſunt incremẽto præter admodũ paucos, ſiue hi ſint in balneũ ingreſſi, ſiue ſteterint in calido Sole, ſiue exercitationes, frictiones, geſtationes ve tentauerint, merito horreſcere. Singula nanque horum confertim & impetu agi excrementa ſubigunt. Cum igitur tàm adhuc denſa lauantis cutis ſit, vt ad primum ambientis aeris occurſum nequeat naturalem ſuũ habitum recipere, ſed maiore ad id ſpatio indigeat, excremẽta vero foras verſus ruant vniuerſa, & retineri illic ea eſt neceſſe, &, qua ſub cute ſunt aceruata, &, qua per carnes feruntur, mordere. Porrò in libris de cauſis ſymptomatũ indicauimus mordentia excrementa, vbi per ſenſibilia corpora feruntur, tum concuſſiones, quas σίγυν vocãt, tum horrores excitare. Ergo, quamobrem horreant in balneis omnes, qui ante ſunt cõprehenſi, iam cauſas inuenimus. Parí modo, & cur nõ horreant, quibus aut nullum eſt in corpore excrementum mordens, aut tantillum, vt facile vacueẽ. Ergo de his deinceps loquamur: propter quos etiam de iſs, qui horrent, meminimus. Siquis enim balneum ingreſſus non inhorruit, ſed laxata eſt illi rarefactaq; cutis, huic planè neceſſario prædicta ſuccedent, excrementorũ vacuatio, æqualis per totum corpus calor, exiguorum meatuum rarefactio, tenſorum relaxatio, denſatorũ fuſio. Ac vacuatio quidem excrementorum omni febri eſt vtiliſſima: Parí modo, & rarefactio, & relaxatio: Fuſio tamẽ & calor nõ item. Sed calor omni febri eſt inimicus: qñ refrigerari, non calfieri febrium affectus poſtulat. At fundi æqualiter, id ſolidis quidem aialis partibus non eſt alienũ: Succis certe nõ ppetuo eſt vtile, Sed: quoties in aiali, vel phlegmone quæpiam, vel affectus phlegmonæ ſimilis conſtitit, vel vtrauis abundãtia, ſiue ea, quę ad vires confertur, ſiue ea, quæ ad vaſorum capacitatem, omniũ profectò inimiciſſimum. Ac phlegmonæ quidẽ, cum calefacti, & liquati ſucci ad ipſas confluũt, augentur. Tunicę vero vaſorum, impares abundantiæ, quæ iam ex liquatione ſpiritu eſt impleta, diſtenduntur: ac vires hoc ipſo male afficiuntur. Ergo calidis his ſiccisq; affectibus, de quibus agebamus, ẽmiſſio mordentiũ eſt ſalubris: fuſio enim eorum eſt citra periculum. Calefactio tñ noxa non caret. Atq; hæc quidem ex prima balnei parte iſs, qui ita laborant, prouenire, modo tempeſtiue balneo vtantur, memoria teneamus. Tranſeamus modo ad ſecundam eius partem, quę erat id, quod maxime proprie lauacrum vocant. Ergo in hac, ſicut ex humectatione iuuantur, ſic ex calore nihil illis cõmodi accedit. Accedamus & ad tertiam, in qua & refrigerantur innoxie, quæ fuerant excalfacta, & vires firmãtur.

Siqua

* ἐπιβροχὴ.

† In codicibus græcis impũſis, ac antiquis pleriſque legitur. θερμαίνειν δὲ ὅλου τὸ σῶμα, καὶ χέειν τὰς ὕλας. i. tũ totũ corpus æqualiter calfacere, tũ materias fũdere. Linacer videẽ legiſſe, vt aliqui etiã cod. legũt, δι' ὅλου τοῦ σώματος. vtra tũ ſit melior l. ctio, paulo infra indicabũt verba illa, videlicet æqualis p totũ corpus. &c.

*Impreſsi cod. & multi ex antiquis legunt. κατεχομένων, vt Linacer vertit: ſunt tñ, qui legũt κατεχόμενον. id eſt fuſa erant.

* ἀποχέσθαι.

A Siqua vero & rarefacta, & iuſto plus ſunt laxata, ea in naturalẽ redeunt mediocritatem: id quod quarta balnei pars indicat. Quippe, qbus oĩa rite ſunt adhibita, iſ poſt frigidæ vſum adhuc ſudãt, & omnia ipſis excrementa vacuantur. Itaq; ex oĩbus, quæ de balneis retulimus, vna ſumma colligitur, ꝙ vacuatur qdem quicquid in corpore vel fuligineſum, vel fumidum fuit: conſiſtunt autẽ in naturali ſymmetria, tum caro ipſa tum cutis: ſolidarum partium ariditas corrigitur: & calor nõ modo is, qui ex lauacro acceſſit, verũ etiam qui prius fuit, ex frigidæ vſu ſubmoueẽ. Maximo huius rei documento eſt ſtatus, qui ex eiuſmodi balneo redditur poſt, q̃ in Sole feruente iter fecerimus. Quippe accedimus ad id ne loqui quidem, præ linguæ, & fauciũ ariditate valentes, totũq; corpus ſtipulæ ritu aridum habentes. At egreſſi è frigida, ilico omnia pro naturæ habitu recipimus, nec febrili calore vexati, nec ſiccitate afflicti, prompteq; loquentes, ac plurima ſitis parte leuati. An igitur euidentius adhuc balnei vires in ſicco & calido corporis affectu cognoſcere deſideras: Ego ſanè nõ arbitror. Licet aũt, cui placet, experiatur, quod incõmodum ſequatur, vbi tali peracto itinere non lauerit. Aut. n. ſtatim febricitabit, aut multo plenus tædio, grauato. ſ. capite, perſeuerabit, potiſſimum ſi frigida calorem nondum extinxerit. Multi tñ iuuenes eiuſmodi confectis itineribus, vbi ilico ſe in aquam frigidam proiecerint, iuuantur: ac potiſſimum, qui valenti-
B bus ſunt viribus, & frigido ſolio aſſueti. Ita vero & ruri faciunt, vbi, ꝙ balneæ non ſunt, in ſtagna, vel flumina ſeipſos conijciunt, nullo medici ſuaſu, ſed ipſa gubernante corpus natura ad id, quod cõducat, impulſi. Quæ eadem, etiam ratione carentibus aĩalibus inſtinctum inſerit ad eorũ, quæ offendunt, contraria. Siquidem ea quoq;, vbi eſtu vexantur, frigida ſe lauant: ſicuti etiam, vbi frigore vrgentur, calida cubilia ſibi inueniunt. Eodem cõtrarietatis ſtudio etiam, cum eſuriunt, comedunt: &, cum ſitiunt, bibunt: reliquaq; omnia naturæ impulſu obeunt. Ac ſi certam febricitantium naturæ notitiam haberemus, non, arbitror, dubitaremus eorũ aliquos aſſidue in aquis frigidis citra balneum lauare. Nam, ꝙ ſint quidam, qui eam deſiderent, vel ex iſs, quos iuuit, conſtare poteſt: vt quibus frigida lauatio haudquaq̃ contuliſſet, niſi eo tempore recte ad eã diſpoſiti fuiſſent. Verum, qm̃ exacta nobis diſpoſitionum notitia non eſt, ac maxima ex errore impendet noxa, vtiq; eiuſmodi præſidia recuſamus: potiſſimum in febribus hecticis: quando per has, & pauci ſanguinis, & nudum carne, & expers adipis redditum corpus eſt. Nullum. n. hí ſolidarum partium munimen habent, quod frigidæ occurſum ſine noxa excipiat, ſed protinus ſimilaribus ipſis partibus occurrit, à quibus omnes animantiũ actiones obeuntur. Iuuenis vero, cui abũde ſit carnis, ætatis tempore, atq; in febris ſummo vigore, modo nulla viſcerum phlegmone ſubſit, ſi in fri-
C gidam ſe conjecerit, ſudabit. Quòd ſi frigidæ lauationi ſit aſſuetus, ſecurus remedio vtetur. Verũ de eiuſmodi corporibus poſt agetur. Qui autem ex calida & ſicca intemperie, hectica febricitant, ac potiſſimum, qui iam maraſmodes fiunt, iſs, vbi tale præſidium petunt, tutum non eſt in totam conjici, æque, vt nec gracilibus & imbecillis, qui ætate calida & ſicca, longa via peracta, refrigeratione indigent. Nã neq; his tutus eſt frigidi ſolij vſus, niſi prius fuerint in balneo æqualiter excalfacti. Quippe ſimile quiddam nobis accidere videtur, cum in frigidum ſolium poſt balneũ ingredimur, ei, quod ferro accidit, cum tingitur. Etenim tum refrigeramur, tum roboramur, quem admodum & illud, vbi candens iam redditum frigida mergitur. Atq; huius rei cauſa ad imbecilla corpora inuentæ ſunt balneæ, quæ ea præcalfaciant, atq; ad frigidum ſolium præparent. Non diſſimile quiddam faciunt, & qui ſine balneo frigida vtũtur, cum ſcilicet ſe ab exercitatione in eã ſaltu demittunt. Siquidem, cuiuſmodi nobis eſt balneum, eiuſmodi illis eſt exercitatio: vt quæ nõ tñ calfaciat, ſed etiam inſiti caloris motum à profundo corpore extrorſum concitet ſic, vt & frigidæ impetui occurrat, & quò minus violẽter in profundum ruens viſcerum aliquod feriat, aduerſetur, atq; prohibeat. Nam neque ipſam frigidę ſubſtantiam, neque eius qualitatem oĩno integrã vſq; ad viſcera pertingere eſt ſalubre: immo et ſatius & tutius eſt ſolam eius qualitatem, † per ea,
D quę intercedunt (vt ſic dicam) propagatam, {citra ſubſtãtiam ad profundum permeare. Iam, qui hectica febricitantes ad balneum accedunt, niſi in frigidam ſint dimiſſi, nihil iuuantur. Qui enim aliter febricitant, eorum ſolidę partes nondum difficile ſeparabilem calorem obtinent. Itaque ẽt ex ſudoribus, vnà cum inſenſibili tranſpiratu, abunde his remedij eſt. Et ſanè diariarum febrium ipſam propemodum ſubſtantiam vacuari per hæc contingit. In iſs verò, qui ex ſiccitate & caliditate febribus hectícis vrgentur, ſolidarum partium affectus candẽti ferro eſt ſimilis. Quo vtique minus eos in balneis calfeciſſe dũtaxat humectaſſeq; contenti eſſe debemus: quippe cum ſic alimentum, incrementumq; febri præbuerimus: immo melius erit, vt merſis in frigidam extinguamus calorem. At in hoc metus eſt, ne corpus in diuerſa transferas, ac frigidum reddas. Quis hoc negat? Non tñ propterea vitio dandum eſt, quod proſpere ex præſidio ſuccedit. Nec propterea, ꝙ menſura eius deprehendi eſt difficilis, prorſus eſt deſerendum. Siquidem, ſi aliter liceret tum cęteras hecticas febres, tum maraſmodes ſanare, cõſultius eſſet tutiore via inſiſtere. Nũc, quoniam totum curationis momentum in refrigerando humectandoq; conſiſtit, omnibus vero refrigerantibus auxilijs propter corporis horum gracilitatem noxa imminet, neceſſariũ arbitror Thucydidis eſſe conſiliũ, Agẽtes aliquid vel periclitari. Quibus enim alia ſalutis ratio non eſt, & quę vnica videtur, ea dubia eſt, neceſſum, arbitror, his eſt aduerſos periculis ire. Sed nec error ipſe aut

† τοῦ τῆς διαδόσεως λόγου.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

mortiferus est,aut irremediabilis. Siquidem,quos in extinguenda febre aqua frigida in contra- E
rium affectum transtulit,hos licet in toto,quod sequitur,tempore calfaciẽdo sanare. Iam nec peri
culum par est, nec frigidi affectus,nec etiam ipsius remediorum. Indicauimus nanque tum prius
in huius operis septimo,tum in libro de marasmo, tum ante hos in libris de tuenda sanitate fieri
non posse, vt solidarum partium siccitas cõsummate sanetur. Quòd si fieri id posset, vtique fieri
posset, vt nõ senesceret,qui ea victus ratione vteretur. Si igitur insanabilis solidarum partiũ sicci
tas est,tum expeditissima in eam per hecticas febres via patet,melius est hominem in frigidam in
temperiem trãsferre,ac, cui curationem deinde adhibeamus, habere. Quippe,qui id fecerit,is po
stea noxam oppugnauerit: Qui vero mortiferam insistere viam sinet,is desperatam ægrotanti sa
lutẽ fecerit. Quanto itaq; satius est aliquid nõ nulla fiducia,vel cum periculo facere, q̃ spe adẽpta
certo perire,tanto profectò satius est potentibus præsidijs pugnare,q̃ nihil agere. Ergo ilico eos,
qui hectica febricitant,omni ratione refrigeremus ante,q̃ progressi in marasmum peruenerint.
Quem autem marasmus planè iam occupauit,hunc sanare ne tentaueris. Nam, etsi calorem eius
extinxeris,attamen siccitas,quæ relinquitur,senectutis ritu hominem conficiet,tantisper nimirũ
victurũ, quoad solidæ eius partes reniti aduersus summam siccitatem valebunt. Atqui maluerit
fortasse propinquorum ægrotantis aliquis,atq; etiam ægrotans ipse aliquo spatio in senis habitu F
viuere,q̃ ilico mori. Itaq; curare hos quoq; cum præfatione expedit,ac in alterum transferre ma
rasmum,quem iam nominare senium ex morbo insueuimus. Licebit enim his nõ tm̃ plures dies,
verumetiam menses viuere. Ego nanq;,cum iuuenem quendam,qui ita laborabat,sanassem,refi
ciens deinde,ac senilem eius imbecillitatem pro senum ratione tractans,non solum in mẽses, sed
etiam annos viuum seruaui. Nec est,q; hic eiusmodi marasmi curationem audire desideres,vtpo
te tum in huius operis septimo,dum siccas & frigidas intemperies sanauimus, traditam potesta
te:tũ operis de sanitate tuenda ea in parte,quæ senibus alendis est delegata. Præsens autem liber
non marasmorum,sed hecticarum febrium curationem docendam promisit. Ex quo genere sunt
& quæ marasmodes græce dicuntur:de quibus tum alia non pauca diximus, quæ non modo ra
tionis,sed etiam vsus iudicio probauimus: tum illud.s.non oportere balneum(vt Philippus facit)
formidare: qui cautius fortassis eo vtitur,ad eum modum,quo in cæteris solemus febribus, quas
vel phlegmonę, vel putrescentes succi accenderunt. In his enim nihil offendes, etiam si in frigi
dam ægrum non merseris, sed eum (vt mos est) perfundas primum tepida,postea quæ veluti ex
Sole tantũ æstiuo tepet,mox hoc, etiam paulo,q̃ illa,frigidiore. In hecticis vero febribus,id,quod
remedium affert, calidæ solium non est, sed frigidæ: ad quam balneæ ægrotantis præparant cor- G
pus æque,vt reliquorum omnium,qui per sanitatem lauantur. Porrò nõ propter id modo videt
mihi Philippus ignorare,q̃ salubris res balneum sit in ijs,qui marasmode hectica laborant,q; tàm
extenuatos in frigidæ solio tingere nemo audet,aut saltem vltimam aquam ipsis frigidam infun
dere,sed etiã q; sæpe altera coniuncta febris est,quæ vel ex humoris putrescentia,vel phlegmone
sit excitata: tum vero q; tali hectica laborantium mortiferum est vitium. Ac propterea quidã non
recte omnia,quæ his exhibentur,culpant: cum non sit illis imputanda culpa,sed affectui. Ergo re
censitis denuo,quæ diximus,huic disputationi finem imponemus. Quicunq; hectica febre labo
rant,atq; ex his præcipue, qui iam marasmode hectica febricitãt,modo his alia nulla febris vel ex
sola putredine humorum,vel cum phlegmone sit adiuncta,eos oẽs audacter lauabis, sed prorsus
citra omnem laborem, ne vires resoluas: quod ipsum cum noceat vehementer,occasio fit balnei
culpandi. Quod citra laborem dixi,id ita intelligo. Volo, æger in balneum super lectulo deporte
tur.†-ξin cuius prima è tribus domo nudetur, ac transferatur in sindonem calentem prompte in
idipsum paratam.ϡ Sint autem quatuor,qui hanc teneant,à quoq; fini vnus. Ac,si quidem prima
domus satis calida sit,æger in ea nudatus,in secundam portetur: sin tibi frigidior videtur,non nu
dus,sed coopertus,vel alia sindone minime frigida,vel tali aliquo inuolucro. Constat autem & H
sindonem eam,qua portabitur,esse valentiorem oportere: Aut, si imbecilla per se sit,duplicari eã
erit satius. Esto autem media domus non tantum situ media,sed etiam temperie,tãto.s.prima ca
lidior,quanto est tertia frigidior. In hac domo oleum tepidum esto, quo æger super sindone illa
tus protinus perfundatur. Hoc facto tertiam ingrediantur domum,ducantq; hominem,vbi so
lium est sic, vt per tres balnei domos dũtaxat transierint. Per quas nec celeri gradu transibunt ij,
q̃ ægrum portant,sed tantisper in prioribus domibus morabuntur, dum in altera tranferatur tm̃
à lectulo: in media vero, dum perfundatur oleo. Esto autem & aer cuiusq; domus nec summo ca
lore,nec etiam frigens,sed admodum temperatus,& modice humidus. Id fiet,si aqua temperata
ex labro sit liberaliter proiecta sic,vt perfluat per omnes domos. In ipsa vero solĩ aqua mediocri
ter moretur,idq; in sindone sustentus,nulla infusione aquæ,cuiusmodi in alijs vti solemus, adhi
bita. Immo nec capiti eius infundi quicq; velim,cum sit satis id quoq; bis ter ue vnà cum toto cor
pore in aqua mergi, demissa mediocriter deorsum sindone, ac rursum per quatuor iuuenes, qui
eum portant,leuata. Mox hinc eductus,in frigidam semel totus tingatur, ne vel breuissimo qui
dem spatio illic moratus. Porrò,qui eum portant,tum reliqua omnia curiose esse edoctos conue
niet: tum celeritatẽ tingendi,non documẽti modo, verũetiam præcepti loco pter cætera habere.

† Paratamq; ad manum habeat calentem sindonẽ, sup quã, in prima triũ domorum balnei nudatus, transportetur.

Protinus

A Protinus vero alter paratam habens sindonem ipsi inijciat, ξac deinde aliam. ϡ Tum in lectulo
collocatus,primum spongijs detergeatur,deinde mollibus linteis. Nec cõmittent,qui eum deter
gebunt,vt violentius eum contrectent,sed,quoad fieri potest,blandissime. Post hæc vnctum ac
vestibus amictum,rursus super lectulo in domũ,vbi cibaẽ,reducent,ac nutrient. Sanè dictũ supra
est in horum commentariorum septimo,vbi siccam ventriculi intemperiem sanauimus, domum
balneo debere coniungi. Ac de balneis quidem satis(quod ad rem propositam spectet)hactenus.

De alimentis eorum,qui hectica correpti sunt,ac de curandis hecticis,quæ marasmodes appellantur. CAP. 11.

SEqui prædicta videtur,vt de nutrimenti facultate præcipiam. Sanè frigidum esse, ac humidũ
quod hecticis febribus sit conducturum,nemo nescit. Eiusmodi vero sunt, tum ptissanæ cre
mor,cum frigidus sumitur,tum alica similiter ptissanę cremori condita. Id vero est ex aqua,& exi
guo porri,& anetho: tum sale,oleo, & aceto. Commodus pręterea ijs,qui sic laborant,est & exi
guus in aqua frigida panis. Cæterum nullius horum pura frigiditas esse debebit, sicuti potionis.
Quippe hæc mature tum incalescit,tum per corpus digeritur: Illa,cum plusculum temporis in vẽ
triculo morẽtur,ipsum fortassis refrigerãt,si fuerint modice frigida. Vbi vero febris iã morã tra-
B xerit,dandũ quoq; asininũ lac est,sed diligenter obseruato,ne in ventriculo cogatur. Id vero inte
rim ipse nos æger docebit,vtpote suæ iplius naturæ peritus: Interim id nobis inueniẽdũ est, pau
latim ad eius vsum accedentibus. Ac expedita qdem ratio est ad symptoma declinandum,si mel
illi admisceas,aut salis, quo vescimur, exiguũ. Cęterum abstinẽdum(quoad fieri potest) in hecti
cis febribus à melle est: atq; idcirco etiam à mulsa. quippe protinus vertitur in bilem, & sicciores
acrioris q; caloris febres reddit. Dandum itaq; principio est asinini lactis non plus cyatho, veluti
à me datum vidisti,sed inducta in ipsum cubiculum asina,quò nullum tps interponatur, sed æger
id protinus bibat,contẽplantibus diligenter nobis,ac conferẽtibus arterię motum, qui à sumpto
lacte agitur,cum eo, qui ante id sumptum,fuit. Si.n. corruptum sit,eiusmodi inuenies pulsus, cu
iusmodi in oris ventriculi afflictiõe accidere nosti. Sin aũt corruptum non sit, & maiores & va
lentiores redditos inuenies. Itaq; etiã licebit,cũ postea exhibebis, mensurã lactis dimidio cyatho
adaugeas,ac deinde rursus alium dimidium adijcias, sicq; sensim vsq; ad mediocrem mẽsurã ad
das. Mensuræ vero non lactis tm̃,sed etiam reliquorum ciborum oĩum metæ,quibus attẽtus eris,
in septimo huius operis,vbi ventriculi sanauimus intẽperies,sunt traditæ. Nam,cum primum in
eo libro frigidã eius intẽperiem hactenus inueteratã ꝓposuerimus, vt totũ iam corpus gracile
C reddiderit,indicauimus,quo pacto quis simul ambo probe sit sanaturus, tum ventriculi intempe
riem,tum corporis gracilitatem. Ideoq; fortasse sit satius,quò minus multa scribamus, ad illum te
librum pro reliquis oĩbus cibis remittã. Cum.n. similes affectus sint, similia nimirũ remedia po
stulant. Verum,quanto hecticarũ febrium affectus est calidior, tanto vtiq; frigidiora requirit au
xilia: & simul maiorẽ solicitudinẽ,ne valentibus auxilijs vtentes quicq; lædamus. At,qui iam ma
rasmo vrgẽtur,eos,sicut dictum est,lauabis: Quos vero hectica premit,nondum tm̃ marasmo ten
tãtur,eos, licet, etiã sine sindone subiecta laues, vtpote viribus adhuc valẽtes. Inferri tm̃ & hos in
* φορείου.i.ve- domum vel super lectulo,vel saltem alio quopiam idõneo conueniet: Mox ipsos seipsis ingrediẽ
hiculo. tes ad calidã duci,quò in ea morẽtur. At,qui ex his minus sunt valẽtes, eos nõ tutum est pmittere
in frigidam natationẽ descendere,sed foris potius ipsos pfundere,primum tepida, secundo frigi
da. Esto aũt tunc præparata in labro aqua frigida(quãta.s.ex eo semel hausta perfundere simul to
tum iam lauatũ possit)ea frigiditate, vt nullam euidentẽ qualitatẽ nec prorsus frigidarum nec te
pidarum aquarum p̃ferat,sed qualem ea,quę fontana vocatur,quæ & frigoris, quod ferit,& tepo
ris,qui resoluit,est in medio. Ac,si quidẽ omnia curiose administrabunt,tum quæ ad balneum,tũ
quæ ad nutrimenta spectãt,vtiq; sanãdi iam eius,quem marasmus cõsumit,spes est. Sin error vel
D in vno cõmittatur,is reliqua subuertit oĩa. Quippe,cũ exitialis horum affectus sit, ne leuissimum
quidẽ errorẽ tolerat. Ac, siquis taliũ est seruatus,huic carnosam portionem marasmus occupaue
rat: Ipsis vero solidis siccatis fier nequit, vt homo prorsus persaneẽ: sed oĩno vel statim eũ febris
ipsa iugulauerit,vel post, q̃ in eum affectum est trãslata, quem senium ex morbo vocamus. Nam
primum eiusmodi febris propriã partium humiditatem,ex qua nutriũtur, depascit: Hinc vero ad
carnosum genus transit,quod circa,tum fibrosas,tum membranosas partes solidorum corporum
hæret: Ita deinde ipsas solidas populatur. Siquidem in singulis simplicium ac primarum,quas vo
cant,partium(vt in dissectionibus es contẽplatus)alia portio substantiæ eorum est veluti fibrosa,
alia mẽbranosa,alia carnosa. Sicut,exẽpli causa cum vena vnam tunicam habeat,& eam tenuẽ,li
cet fibras in ea inuenire multas,quæ sint araneosis quibusdã interlitis contextæ: q̃bus vtrisq; ipsa
ꝓpria venæ substantia adnascitur. Hæc alia in alijs partibus habetur, nec vllum cõmune nomen
est nacta. Cæterum docendi causa nihil vetat, eam carnosam substantiam voces,vel certe huius
particulæ quandam carnẽ,quę in ventriculo quidem sit alia,in iecinore alia,similiter in arteria &
musculo. Vocatur aũt caro tm̃ ea,quæ in musculo est: reliquarum nullã homines carnem vocant,
prætereq; admodum pauci: sed,quę in visceribus,ceu iecinore,renibus,liene,et pulmone visuntur,
eas Parenchymata (quasi affusiones dixeris) græce vocant: Quæ in intestinis, ventriculo, sto-

* μικρούς καὶ ἀνωμάλους est in quibusdam antiquis.i.paruos & inæquales.
* θλίψει.i.cõpressione.
* Siccam.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

macho,& vtero ſunt,ſine nomine relinquunt. Tu tamẽ de noĩbus non laborabis. Illud potius in- E
telliges,ſingularum particularum ſubſtantiæ molem ex tali maxime completam eſſe natura,quæ
vticꝫ(vt in ſinuoſis vlceribus videre licet)& perire,& regigni poteſt. At vero nec fibroſa, nec ner
uoſa membranoſa've natura eãdem generationẽ habere cernitur. Nec fas eſt eiuſmodi ſingularũ
partium fibras à malignis febribus liquari,ſicuti carnes:qñ animal ipſum prius, q̃ hæ prorſus ſint
ſiccatę,interemerint. Sanè ſunt,& quas maraſmodes febres vocant,vniuerſæ ex earũ genere,quę
colliquant. Sed in eo differunt,ꝙ,quæ portio carnis in his colliquatur,ea ſemper vaporis vice di-
gerítur:in illis defluit in ventrẽ. Cernitur hoc etiã in carnibus,dum in craticulis torrentr̃, euidẽter
fieri. Siquidem ab aliquibus plurima liquatio defluit,decidítqꝫ ĩ prunas largiter:Ab aliquibus ni-
hil oĩno,quod vticꝫ ſentias,defluere videtur. etiam ſi par ſit prunarũ ſubdita copia. Quippe feris
ſuibus aut nihil oĩno,aut planè minimũ eſt,quod defluat:cicuribus vero plurimũ. Quantoꝫ ma-
gis vel adipe,vel carne animal abũdat,tãto profectò, quod ab ipſis carnibus, dum ĩ craticulis tor-
rẽtur,defluit,cernitur copioſius. Ad eũdem itaqꝫ modum in calidiſſimis febribus,ſi carnes humi-
dæ ac molles cum adipis copia fuerint,eas ſenſu liquari deprehẽdas:Sin ſine adipe & ſiccæ ſint,in
maraſmodes febres tranſeunt. Clariſſimo huius rei argumento ſunt infirmi,qui p aluum,quod li-
quatur, excernũt: qui, niſi prius vel morbi violẽtia,vel medicorum inſcitia moriãtur,in maraſmo F
des febres incidũt. Siquidem,quoad materiam vberem habent,hãc colliquant:vbi illis tũ adeps,
tum caro mollis defecit,duras & egre liquabiles carnes ſiccãt,à quibus pp ſiccitatem nihil defluit:
veluti nec ab * ijs,quę ſale ſunt ſiccatæ,ſiquis has quoque torrere parãs pari cum alijs igni admo- * τῶν κρεῶν.
ueat. Nam & ſicciores earum cãrnes reddentur,& corij ritu durabũtur:nec defluet ex his vlla ſen * αὐσάρκες.
ſibilis liquatio. Hæc igitur cum ſcias,etiam colliquantium febrium ijſdem methodis curã ages,tũ
ad frigidam exhibendã quàm primum properãs,tum ijs, quæ humectent & refrigerent, nutriẽs.
Mulſam vero inimiciſſimã cenſebis:qua tamẽ vti pleroſqꝫ medicorũ in eiuſmodi febribus vides.
Verum de colliquantibus febribus diſſerere in poſterũ licebit,æque,vt de ijs hecticis febribus,q̃
in peſtilentijs contingunt:cuiuſmodi ea eſt,quæ nunc publice graſſatur. Dicetur nãqꝫ & de hac in
ter peſtilentes febres. Reliquarum vero tum hecticarũ,tum quas maraſmodes vocamus, abunde
mihi ſanationis methodum tradidiſſe videor.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, G LIBER VNDECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Indicationes omnes explicat, quæcunque in curandis putridis febribus æſtimantur, ac pertractat de cataplaſmatis,perfuſionibus, & balneis,quæ pro ratione inflammatarum partium adhibentur.

Quid actum ſuperioribus libris,quid hoc agendum,ac de primis, & communibus fontibus curatiuarum indicationum. CAP. I.

FEbrium,quas putreſcens accendit humor,primę remediorum indicationes dictæ prius ſunt: quo loco eas quemadmodũ & duas & tres efficias,docui:etiã,ſi velis, vnã. Nũc vero, quod in alijs febribus fecimus, vt ex primis generibus di ductis,ad vltimas vſqꝫ ſpecies diuidẽdo ꝓueniremus,idem & in ꝓpoſita differẽ H tia facere tentemus,illud prius admonentes, quod etiã in libris de pulſuũ diffe rentia oſtendimus,ſiue primas differentias,ſiue prima genera, ſiue maxime ge nerales ideas,ſiue quomodocũqꝫ aliter appellare libeat,modo exactã rei notio nem ſerues,nihil interfuturum. Ac febrium quidẽ ipſarum quẽadmodum eas,quas diarias voca mus,cures,in horum cõmentariorum octauo expoſui:pari modo & quẽadmodum continentes, in libro,q illum ſegtur:atqꝫ etiam quẽadmodum tertias, hecticas ſcilicet,ĩ eo, qui illi ſuccedit, qui totius operis eſt decimus. In qbus non ꝓpria modo cuiuſqꝫ,ſed etiam cõmunium pleraqꝫ explica ui. Nũc, quẽadmodum, quę ex putreſcentibus humoribus excitentur,methodo ſint ſanandę,ag gredi ſtatui. Quę curationẽ indicãt,prout in duo diuiduntur,affectus quẽ curamus, & partium ægrotantis tẽperies ſunt. Licet aũt,ea(vt dictũ eſt) & vna ſumma interpretemur,dicentes vnam eſſe oĩum morborum cõmunem curatiõis indicãtionem,nẽpe cõtrarietatẽ ipſam: qua rurſus di uiſa,duas exiſtere,morbo. ſ. ex ijs,quæ ſibi contraria ſint,adhibẽda remedia indicante: laborantis vero tẽperie,vnà cũ ipſo morbo,contrarietatis menſurã definiẽte. Porrò dictũ in illis eſt ambien tem quoqꝫ nos aerem vnã efficere indicatiõnem poſſe: Et,cũ primã ſectionẽ in duo tm̃ facimus, ambiẽtẽ vel ægritudinis cauſis, vel ſanitatis annumerãdum eſſe. At vero cum ſanitatis cauſę ſint omnia

A omnia,quæ ſanitatem efficiunt,vna certe earum eſt,quod auxilium remedium've vocatur: quod pro varijs notionibus & vltima & prima ſanitatis cauſa recte dicit: Quippe tempore vltima erit propterea, quòd tẽpore, natura & ars & fortuna priores eo ſanitatis cauſæ ſunt: Prima vero eſt, quatenus id laborantis corpus tangit,alteratqꝫ eius affectum:ac ꝓpter alterationẽ,quã id facit, cũ ægra corpora ad ſanitatem perducuntur,ars & artifex† ſanitatis cauſæ fiunt. non ꝙ hæc morbos primum ſubmoueant,ſed alia materia ad id commoda intercedente, quod auxilium appellatur. Siquidem ſanguinis miſſio,quam phlebotomiam vocãt,ipſa quidẽ per ſe hoc,quod iam dictum eſt,nomen poſſidet. At, cum homini malum affert,ex cauſis fit morbificis:cõtra,cum prodeſt, ex ſalubribus. Ac propterea,cũ proficit,vocatur auxiliũ:ſicut profectò oĩs materia,quæ quomodoli bet corpus alterat,quo tpe iuuat,auxilium dicitur. Ad eundẽ modum & ambiẽtis proprium pro natura ſua nomen eſt aer:relatus tñ ad nos, aliàs auxilium, & ſanitatis cauſarum vna efficit:aliàs ijs contrarijs,nempe morbificarum. At,qñ aeri tum ex præſente cœli ſtatu,tum anni tempo re,tum regionis natura,ſuæ in humido,ſicco,calido,& frigido mutationes accedunt, ex illorũ rur ſus vnoquoque alię particulares indicationes oriuntur. Ac fortuna quidẽ,& ars,& artifex, mate riarum interuentu agunt:natura vero per ſe ipſa. Ea ex tribus his partibus cõpletur,ex ſpiritus, B & partium,quæ vere dicuntur ſolidæ,ſubſtantia,(quas alibi ex ſemine genitali conditas eſſe mõ ſtrauimus)& tertia ab ijs carnoſa,quæ cuiqꝫ particulæ eſt ſua. Singulę autem iam dictarum triũ,p priam pro natura ſua tum qualitatẽ habẽt,tum quantitatem. Ac qualitas qdem earum ex cõgrua temperie humidi,ſicci,calidi,& frigidi conſiſtit: Quãtitas vero ſolidarum partiũ par ſemper ma net,ſed ijs,qui adhuc inaugẽtur,numero dũtaxat:qui vero abſoluti iam ſunt,etiam magnitudine. Carnoſæ vero ſubſtãtiæ magnitudo variat,etiam ſi ꝓterea non augeat animans. Pari modo et ſpi ritus ſubſtãtia,tantũ non quolibet momẽto,tum minor,tum maior cõſpicitur. Ergo etiã ſupra ea, quę indicationes ꝓſtare prius diximus,virtus vel ſola ijs tribus ſubſtãtijs, quas modo cõprehẽdi mus,ſimul enumeratis addit: vel,ſi tẽperamẽtũ ſeorſum ſit diſcretũ,† ἐν ἑαυτῷ. i. per ſe. ἐν ipſo. Atqꝫ hæc ipſa rur ſus bifariam qunqꝫ,vt oſtenſum eſt,ſcindit,& in originalẽ naturã,& in acquiſititiũ affectũ, ſic ni mirum,vt ex iſtis,& alijs,quę prius dicta ſunt,ꝓpria quędã cuiuſqꝫ remediorũ ſit indicatio. Sæpe aũt adſcititia tẽperies ad efficiẽtes cauſas reducta,illis indicationẽ concedit. Ad hunc itaqꝫ modũ ex ætate,vitæ inſtituto,& cõſuetudine indicationẽ remediorũ ſuggeri diximus,cõſentireqꝫ inter oẽs iã dictas indicatiões:Siquidẽ in ijs,quę magis ſunt ſpeciales,contineri ſemper,quę magis ſint generales:Agi vero in vſum,quæ magis ſint particulares. ſ. ex magis generaliũ ſectione inuẽtas.

C *De indicationibus,quæ ab affectu febris præſtantur,ac quid differat putridarum curatio à reliquarũ febrium curatione.* CAP. 2.

PRima nanqꝫ oĩum curationis indicationum,quæ ex ipſo,qui curatur, morbo accipitur,cõtra rietatem ꝓſcripſit. At, qñ morborum plura ſunt genera,cuiqꝫ eorum ſua erit contrarietas. Verum cætera in præſens omittam. Proponatur aũt nobis ad præſentem diſputationẽ dũtaxat morbi, quem curamus, genus ĩ intẽperie poſitum. Id igitur ꝓ cõtrariam ipſi intẽperiẽ ſanabitur. At,qñ vniuerſi febrium generis intemperies eſt calor,nimirũ per frigiditatẽ curabitur ſic, vt oẽs indicationes inter ſe concordẽt. Nã,ſiue dixerimus abſoluto ſermone febrẽ ꝓ ea,q̃ contraria ſunt, ſanandã eſſe,ſiue adiecerimus,ꝓ ea, quæ cõtraria ſunt temperamẽto, nulla pugnantia in ſermone erit: Similiter nec,ſi per frigida ſanãdam febrem eſſe dixerimus. Sed nec,ſi diuidentes id,dicamus aliqñ ſanare nos febrem ꝓ ea,quæ actu,aliquando & per ea,quæ poteſtate,aliquando & ꝓ ea, quę ex accidenti refrigerant,aut etiam iſta coniungentes,nulla pugnantia cum ijs,quæ dicta ſunt, in ſermone erit: Pari modo nec, ſiquis dicat,quę actu,poteſtate,vel ex accidenti calfaciant, ea febres deteriores reddere,q̃ prius fuerant: Contra,quę actu,poteſtate,vel ex accidente refrigerent,ea fe bres ſanare. Quippe indicatio,quę ab affectu ſumitur, in tot numero particulares indicãtiões eſt D diducta. Hæ vero rurſum ipſæ particulares indicãtiones materias inueniunt iuxta eas methodos, quæ in opere de medicamentis ſunt traditæ:qñ illarum principium id eſt, in quo finita eſt curãdi affectus diuiſio. Ac maxime qdem propria ĩ ſoluendo morbo intelligitur curatio, ſed per abuſio nem etiam miſtũ genus tum ex vera curatione, tum prouiſione,quã Prophylacen appellant. Ac diariarum quidẽ febrium,quemadmodum & hecticarum,vera & ꝓpria curatio eſt. Earum vero, quæ ex putreſcẽtibus excitãtur humoribus,vocatã curatio Prophylacen quoqꝫ ſibi adiũxit: cuius officium eſt cauſam,quæ morbum creat,adimere. Sanè nominatur hæc ipſa quoque artis pars, cu ratrix:quæ vticꝫ ab ea,quę pure ſyncereqꝫ prophylactice dicitur,in eo diſtincta eſt,ꝙ ſub hac iam ſenſibiliter ex ipſa cauſa morbus eſt genitus,in prophylactice vero eſt futurus. Atqꝫ nominibus quidem quiſqꝫ, prout volet, vtatur, (id.n. ſemper monere oportet)ſed remediorum indicationẽ, quæ à rebus ſingulis præſtetur,ſeruet:quãdo,ſi vel vnam aliquã earum prætereat, ad portionem tum magnitudinis illius,tum facultatis,curatio claudicabit.

De curationum modis,qui ex indicationibus ab ægroti viribus ſumptis præſtantur. CAP. 3.

PORrò,quemadmodum ab affectu ad materias præſidiorum deſcendendum ad eas eſt:veluti à virtute. Nam ea morbo ceu aduerſatrix eſt oppoſita. Propoſitumqꝫ medico eſt huic omni ratione opitulari ac

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ſubuenire. Ergo quis primus est à virtute scopus, aut quænam indicatio prima? Nam hic quoq; E
loqui pro arbitrio possis. ſ. virtutem ipsam vnũ scopum ac primũ statuens: quod vero ab ea indicatur, alterum & secundũ. Itaq;, cum monstratũ sit virtutem sui custodiã præscribere, sicuti morbum se tollendum, erit rursus in virtute secũdus scopus, ipsius custodia: sicut in morbis, ipsorum sublatio. At vero custodia similium exhibitionem indicabit: sublatio cõtrariorũ. Quoniam vero virium substãtia tum ex spiritu, tum ex carnosa specie, tum solidis ipsis cõpletur, ex ijs, quæ similia sunt, moliri cuiq; suã Diamonen. i. custodiam, cõueniet: Spiritui ex respiratione ac trãspiratione, &, qui ex sanguine attollitur, vapore: (liceat vero hic quoque volẽti, vel græce Aerωsin, quasi aerationem dicas, vel sanguinis attenuationem, vel in halitum sõlutionem, vel, vtcũque libuerit, appellare) Solidorum vero generi, ex solido nutrimẽto: Quemadmodũ carnoso generi, per eam naturã, quę in medio humidorũ ac solidorum corporum est. Porrò cuiusque horũ mensuram ex conseruandæ substãtiæ quãtitate inuenies: qualitatem vero ex ipsius tẽperie. Cum vero horũ cuiusq; vel optima tẽperies sit, vel aliquatenus vitiosa, quæ quidẽ optima est, semper seruari debebit: quæ vero oĩno vitio non caret, hæc in sanis qdem vel seruanda est, vel alteranda: in ægris vero seruãda est, ea ipsa. ſ. ratione, qua prius ostẽdimus maximã esse à cõsuetudine indicationẽ, quippe vel tẽperamentum originale ipsam seruare, vel adscititium indicere. Præstari vero (vt prædictum F
est) mensuræ auxiliorum indicationem ex eo temperamento, quod iam prẽsens sit, ita nimirum, sicut ex ætate, non quam æger prius habuerit, sed quam nunc habeat. Cum vero diuersitas non parua sit in partium animalis temperamento, propriam cuique mẽsurã fore eorum, quæ ipsi sint similia: nempe ei, quę terrea magis est, eorum, quæ magis sint terrea: & ei, quę humidior est, eorũ, quæ sint humidiora: Ad eundem modum & ei, quæ magis aerea est, eorum, quæ plus huius substantiæ in se habeant: sicuti calidiori, eorum, quæ magis substantiæ ignææ participent: Hinc vero iam materias particulares oẽs in cibis, potione, aere, & oĩbus † peragi solitis, inueniendas esse: Vbi vero secũ pugnauerint indicationes aliquæ, superius cõprehensa methodo ad ea, quæ agenda sint, inuenienda vtendum esse, perpensis scilicet indicantium scoporum tum magnitudine, tũ dignitate. Ostendimus. n. eligẽdas eas indicationes esse, quas scopi digniores maioresq; præscribent: ac dignitatem eorum, vel vitæ, vel sanitatis respectu iudicandum: Magnitudinem vero duplicem esse, vel propriæ substãtiæ ratione, vel declinationis à naturali habitu. Ergo ab his iam methodis age dum exercitemur in genere febrium. quod ex putredine nascitur.

* χύσιν est in antiqs. i. fusionem.

† ἐπιτιθεμένοις.

Indicationes, quæ ab affectu ipso, qui putredo est, in continentibus putridis præbentur. CAP. 4.

QVoniam putredo vel æqualiter in omnibus subsistit vasis, vel in maximis, maximeq; G
principalibus, (ea porrò sunt inter alas & inguina) vel vna quapiam partícula, quæ vel phlegmonen in se habet, vel etiam citra phlegmonẽ, veluti in foco quodam, principiũ febris in se continet, in singulis his differentijs seorsum exercitari conueniet. Ac primũ eam tractandam, pponemus, quæ vel in maximis vasis, vel simul oĩbus consistit. Quæ igitur ex tali affectu oritur febris, planè necessum est synochon, id est continentẽ, esse. Nec fieri potest, vt ea sanet, nisi inhibita prius putredo sit. Porrò ea inhiberi, causa manente, non potest. Quare submouenda ipsius causa est, si modo putredo ipsa prior, mox post ipsam febris sanari debebit. Ergo quæ causa putredinis est, quæ se per omnia vasa æquabiliter diffundit: Sanè reuocare in memoriam prius conueniet, quænam aliàs putredinis indicata sit causa: ac deinde, cur pari modo in omnibus animalis partibus fiat, inquirere. Ergo ostensum est, vbi morborum causas reddidimus, illa tantum putrescere corpora, quæ, cum calida humidaq; natura sint, neque perflata, neque ventilata, in calido humidoq; loco maneant. Quòd si in motu sint, ventilenturq; ac perflentur, posse ea non putria integraq; seruari, potissimum quæcunq; corpora sua ipsorum natura reguntur, vt animalium & stirpium. Ea nanq; (sicut in opere de naturalibus facultatibus est proditum) ab initio congenitos secum motus habent, quibus superflua excernant. Ostensum non minus & in alijs H
duobus libris est, quãta sit tum respirationis, tum pulsuum vtilitas ad perflatum ventilationemq; corporis, atq; eius natiuum calorem tuendum. Itaque, siquid in eo manifeste putrescere debebit, dictas transpirationes impeditas esse oportet. At vero quĩ fieri põt, vt illę per totũ animal sistantur, nisi vel finibus vasorũ stipatis, vel tota cute? Porrò accidere in finibus vasorũ stipatio potest vel ex vehemẽti extrinsecus refrigeratione, vel ex succorũ, qui extrorsum in ipsis confertim ruerint, crassitudine, multitudine, vel lentitia. Accidit hoc illis & ex ijs exercitationibus, quæ in palęstra, vel aliàs obeuntur, & itinere laborioso, vel ambiẽtis statu, cum ex rigore in æstum subito est mutatus. Non nullis vero feruentes ex ira succi, ac foras simul impetu ruentes, dictas stipationes effecerunt. Quisquis igitur propositam sanaturus est febrem, hic simul causam eius adimat oportet: simul calorem, qui in animali excitatus ab ea est, refrigeret. Ac, quemadmodum quidẽ ille sit refrigerandus, prius est dictum: Causam vero adimi oportebit, ppria cuiusq; naturæ inuenta cõtrarietate: Vtique, si ex frigida causa stipatum dẽsumq; redditũ corpus est, relaxato eo, omniq; ratione rarefacto: Sin ex obstructione ita est affectũ, hac recluſa: Quod vero recludet, hic quoq; ad cõtrarietatis indicationẽ attentus inuenies. Vbi nãque abundãtia humorũ est, hos vacuabis: Vbi crassi sunt & glutinosi, tenues eos ac fluxiles efficies. Si plures causæ aliqñ coibunt, omnibus per contraria

A contraria occurres. Siquidem fieri potest, vt & coarctatum corpus sit, & exigui meatus densati, & multi simul ac lenti humores sublint. In eiusmodi aũt causarum complexu, si recte, quæ prius comprehensa sunt, meminimus, cœpisse à sanguinis missione conueniet: ac abundantia vacuata, tum ad extenuandos humores venire: ab hoc ad remittenda, quæ sunt constricta, & rarefacienda quæ sunt densata. Atq; hæc quidem à morbi affectu indicatiue sunt sumenda.

Indicationes à viribus eorum, qui continente febre putrida correpti sunt. CAP. 5.

A Viribus aũt (qm̃ has cibi, potiones, & spiritus certa mensura & apta qualitate exhibita seruabunt, inuentus aũt est quantitatis eorũ mõdus ex virium substãtia: qualitatis vero à tẽperamento) nimirũ æstimari debebit, quẽadmodũ vires, quę corpus regunt, in his se habeãt. Quippe, si valẽtes sint, audacter vacuantibus præsidijs vteris: hæc aũt ab affectu morbi fuere accepta: Sin infirmiores sint redditæ, vacuantia remedia cautius adminiſtrabis. Sed & nutrimenti mõdus hinc tibi est desumendus. Quippe, cũ vires legitimũ robur suũ habent, & morbi summus vigor breui futurus expectat, tenuissimo victu licet vti: Cum sint infirmiores, non licet sine graui noxa: Sed adijcere ad nutrimenta tm̃ oportet, quantũ est de robore virium imminutum. Atq; ex his scopis accipiendus est nutrimenti mõdus: qualitas vero ex morbi affectu, vnà cũ solidorũ cor
B porum, quod tũ est, naturali tpamento: Ab affectu, si is obstructio est, q̃ extenuet: A naturali ipsorum temperie, vnà cum consuetudine, prout ẽt prius est definitũ. Tps vero nutriẽdi, quod quidẽ ad reliquas spectat febres, quæ ex putredine oriuntur, in progressu sermonis dicetur. Quæ vero vnicam tm̃ à principio ad finẽ accessionẽ habent, (de his nãq; pręsens est sermo) in his facilis toleratio & consuetudo spectari debebunt. qñ cibus illis eo tempore est offerendus, quo facilius, q̃ in cæteris, morbum tolerant: eoq; potissimum diei tempore, quo prius in sanitate cibari erant sueti. Etenim facillime cibum ferent, si ex his considerationibus assumẽt. Quòd aũt frigida quoq; ijs, q ita laborant, sit exhibenda, cum. ſ. iam succi concoquuntur, & crassitudo eorum prætenuata est, id ex ijs, quæ prius sunt comprehensa, manifestum arbitror.

Quid cõe habeant continentes febres cum diarijs & reliquis, quæ ex putredine oriuntur. CAP. 6.

SIquidem, cũ eiusmodi febris cõia quædam cum ambabus habeat, tum ijs, quæ ex humorũ ortæ putredine circuitibus quibusdam accessiones habẽt, tum ijs, quas diarias vocamus, merito in vtroq; genere de ipsa mentionẽ facimus: cũ vnicã accessionem habeat, vt diarię, cęterum ex putredine orta multos duret dies. Itaq; vnũ cũ diarijs cõe habebit: duo cũ ijs, quę ex putredine ortæ multos durant dies. Reliquũ continentiũ febrium (quas synochos vocant) genus duo habet cum
C diarijs cõmunia: nempe & q̃ sine putredine sit, & q̃ absq; circuitu. Tertium vero cõmune nõ est: cum subinde in quintum porrigatur diem. Atque harũ quidem continentiũ febriũ prodita prius curatio est. Continentiũ vero, quas putredo excitauit, curatio, cũ vtrique generi cõis esset, ẽt nos in ambobus de ipsa differere coegit. Cæterum substãtia earũ totaq; natura ex eo est genere, quod nunc nobis proponitur. In vno aũt eorum, quæ ipsis accidunt, cum diarijs conueniebant. Id fuit, quod vna in totũ totius morbi accessio erat. Ergo & curatio earũ vnũ hoc duntaxat cõe cum diarijs habeat, oportet: In reliquis aũt omnibus bifariã diducatur. Atque alię quidem curationis indicatiõnes ex communi genere earum, quæ ex putredine sint ortę, accipiantur: aliæ ex propria earum substantia. Ad eundem vero modum & cæteras natarum ex putredine febrium differentias sanari conueniet: nempe (sicut sæpe prius dictum est) indicatione tum à communi ipsarum genere, tum vero à cuiusq; propria differentia desumpta.

Quot in totum sint primæ febrium putridarum differentiæ, ex quibus petenda est curandi ratio. CAP. 7.

ERgo denuo repetentes dicamus primum, quot sint febrium, quas humorum putredo accendit, in vniuersum differentiæ: deinde quænam sit ipsius generis earum, cõmunis vtilium auxiliorum indicatio: mox quæ sit singulatim cuiusq; propria. Par est enim profectò, & quod omnium earum commune est, communem habeat indicationem: &, quod in singulis est prõprium, quantum à reliquis eiusdem generis est diuersum, in tantum & diuersam ab illis sortiatur indicationem. Sunt igitur natarum ex humoris putredine eiusmodi differentiæ. Vna ex eo, quòd causæ ipsius putredinis adsunt, vel non adsunt. Secunda ex eo, quòd per totum animal, aut eius partem aliquam diffusa putredo sit. Tertia, quatenus cum phlegmone est, aut citra hanc. Igitur considerãdum nobis est, quidnam commune habeat indicatio, quę à causa sumitur adhuc manente: quidnam ea, quam putredo ipsa præstat: ab his deinde quid indicatio putredinis, quæ per totum diffunditur aĩal, aut certe maxime principalia in eo vasa: quid eius, quæ in vna cõsistit parte: mox deinde earum, quæ in vna quadam parte sunt, æstimabimus differentias. Quippe aliam esse indicationem eius, quę cum phlegmone coniungitur, ratio est: aliã eius, quæ sine hac cõsistit: Rursus in his etiam ipsis aliam esse præsente adhuc effectrice causa: aliam vero hac submota: postremo cuiusq; causæ adhuc manentis differentias, per omnia, quæ in specierum diuisione sunt inuenta. Siquidem hic iam desinãt, necessum est, indicationes, quæex curandis sumuntur affectibus: post has vero eas nimirum, quę ab ipsis curandis suggeruntur particulis, pro iam dicta methodo sumemus. Quibus si eas, quæ à viribus præbentur, adiecerimus, absoluta nobis methodus de febribus omnibus † sanandis erit.

* ἰασομένων. i. sanaturorum.

* διάφορον.

† In græcis impressis additur ἐπὶ σήψει. i. a putredine iucẽ fis.

De

De putredine & eius causa curanda. CAP. 8.

ERgo ordiamur ab eo, quod primum in diuisione indicans fuit, (ea erat humorũ putredo.) ac cõsideremus, quibus maxime indicantibus, quibusq; indicationibus vsi, curationẽ eius inuenire possimus. Principium vero inuẽtionis, ipsa erit rei natura, qua de agitur. Etenim id quoq; in demonstrandis methodis didicimus. Quænam igitur est putredinis natura? Nempe mutatio totius putrescentis corporis substãtiæ ad corruptelã, à calido externo: Non.n. profectò à, pprio calore corrumpitur quicq;, immo contra prorsus, quicquid in rebus subsistit, id *gliscit, roboratur, sanum est, ac viuit, dũ proprio calore regitur: veluti nimirũ ipsa animantiũ corpora, tametsi plurimam substantiæ suæ portionem humidã & calidã sunt sortita, magnũ tñ annorum numerum sine putredine, ac sana viuaq; exigunt, si seruetur (vt monstratum est) eorum proprius calor, in cordis quidem corpore, per respirationẽ: in reliquis omnibus partibus, tum per communitatem, quam habent cum corde: tum per aliam quandam respirationis speciem, quæ per totam agitur cutẽ, & trãspiratio perspiratio've dr. His vero læsis, vnà ẽt naturalis calor lædit. Alter vero quidã alienus, ac præter naturam in corporibus excitatus, primũ quidem ipsos succos propter humiditatem & putrefacit & corrumpit, spatio vero tum adipẽ inuadit, tum ẽt carnem. Tanquã igitur in ijs corporibus, quæ non viuunt, ac putrescunt, primum, quantum eorum iam computruit, separãt, deinde, quod reliquum est, in frigidum aerẽ sublato perspirationem refrigerantem moliũtur, ita vtiq; & putredinem, quæ in viuis est orta, sanabimus, id scilicet, quod iam corruptum est, omni ratione vacuantes: quod reliquũ est, moderatis motibus, & refrigerante perspiratu ad exactam symmetrian reducentes. Ac vacuationem quidem illius per vrinam, deiectiones, vomitum, ac sudores, moliemur: post hanc dimotiones modiocres, vnà cum ambientis bona temperie adhibebimus. Quemadmodũ aũt horum quodq; recte administrandũ sit, paulo post æstimabimus. Nunc ad secundum in diuisione transeamus, nempe quẽadmodum quis causæ, quæ putredinem excitauit, adhuc manentis reme dium facillime inueniat. Est autẽ neq; in hoc difficultas vlla, quippe cũ per contraria tollatur. Itaq;, qm̃ transpirationis prohibitio, putredinis occasio fuit, hanc, arbitror, submouere oportet. At, ea cum varijs generibus est orta, & densatis exiguis meatibus, & constrictis corporibus, & humoribus tum abundantia, tum crassitudine, tum lentitia sua obstruentibus, singulæ harũ affectionum curandæ per contraria sunt: Densitas, per ea quæ rarefaciunt: Constrictio, per ea, quæ fundunt: Abundantia, per ea, quę vacuant: Crassitudo, per ea, quę dissecant: & lentor, ijs, quæ deter gent. Ac, si quidẽ totũ corpus dictorũ iam singula occuparint, ẽt toti corpori per cõtraria est succurrendum: Sin vnã partem quãpiam putredo inuaserit, illi adhibenda iã dicta sunt remedia. Sanè non easdem omnes partes vacuationes medicamenta've requirent, cum & tẽperamentis, & posituris, & forma, & omni denicq; constitutione naturaq; inter se dissideant.

De curandis putridis febribus per medicamenta purgantia, balnea, inunctiones, & potus. CAP. 9.

ERgo, quemadmodum singulis sit opitulandum, id postea pro conueniente sermonis ordine disquiremus: cuius initium à putredine, quæ totum corpus occupet, quæ ipsa continentes quoque febres, quas synochos vocant, excitet, faciemus. Ergo à corporibus, quæ sic afficiuntur, expellenda, quæ putruerunt, per vrinas & aluum & sudorem sunt: quòd si ad os ventriculi aliquãdo sua sponte impetum capiant, etiam per vomitiones: Aliter autem non est, quòd ea præter naturam irrites. Ac eorum quidem, quæ iam dictas vacuationes promoueant, non parua materiæ copia est: sed maior eorum portio, cum calida siccaq; facultate sit, febrem auget. Itaque deligenda medico sunt ea, quæ citra calfactionem siccationemq; valentem supradictas vacuationes præstent: cuiusmodi sunt cremor ptissanæ, & aqua mulsa, & oxymeli, & apomeli, & apij radix in aqua, quæ potui datur, incocta. Hæc autem ipsa ventri quoque sunt idonea: qui si nihil reddat, iniicienda per clysterem aqua mulsa cum oleo est. Sanè totum corpus prius, quàm id vacuaris, refacere non expedit: vbi vacuatum est, vtique licebit id medicamento aliquo, cui calor tepidus insit, rarefacias: cuiusmodi est, quod ex chamæmelo conficitur. In hoc tempore si vinum quoque aquosum bibatur, id omnes vacuationes promouerit. idem faciat & temperatum dulcis aquę lauacrum. Quòd si appositum aliquando in dictione vocabulum dulcis non sit, vtique id subaudire debebis, certo sciens de eo nos in febricitantibus lauacro semper loqui, non bituminoso, aut sulfureo, aut aluminoso, aut chalcanthode, aut salso, aut ex marina ipsa. Cæterum, vbi magnitudo febris obstat, sicut in continentibus, nec vino est vtendum, nec lauacro, nec ijs, quæ habitum rarefaciant, vnctionibus: sed aqua frigida, sicut prius diximus, pota in his febribus est aptissima, nisi tamen aliquid eorum, quæ prædicta sunt, hanc quoque prohibeat. Quippe ipsius febris frigida pota perpetuo est remedium, non tamen putrescentium humorum per aluum, vrinas, vel sudorem vacuandorum. Quo magis exercitatum esse in ijs, quas nunc tradimus, methodis oportet, ac in ægrotantibus considerare, & quæ sint ipsius febris remedia: & quæ ipsius, vbi per se sola subsistit, putredinis: quę rursus efficientis hanc causę: atq; huius quoq;, cum per seipsam subsistit. Quippe non semper inter se consentiunt hæc omnia, sed plerunq; aduersantur. Quo casu memores eorum, quæ didicimus, id, quod maximũ omnium est, aggredi oportebit, atque ei vel soli, vel magis, q̃ cæteris, subuenire. Sanè scire licet difficile esse, acriq; iudicio indigens, febrem, putredinem,

Anem, et effectricẽ causam, vbi. s. ipsa quoq; adest, inter se conferre. difficilius tñ est, si vires quoque cum illis vnà conferre velis: qđ vtiq;, sicut ante cõprehensum est, pp vitæ ipsius respectũ semp est necessariũ: aliqñ vero & ex accidenti, sicut ad morborum sanationem. Hoc vero me ostensurum promisi. Siquidem, quod putrescit, si vestis esset, aliud've inanime corpus, vtiq; ex ijs duntaxat, q̃ prædicta sunt, indicationem caperemus. Nunc, cum in viuente corpore putredo cõcipitur, quod tum alterare põt, tum concoquere, tum vtile reddere, quicquid putrescentium, veluti semiputrescens semimalumq; est, vtiq; facultatem eius, qua naturaliter concoquit, excitans firmansq;, quæ putrescẽtia sunt, sanabis. Itaq; ẽt tum maxime eos cum fiducia vel in balneo lauamus: vel ijs, quæ habitum rarefaciant, medicamẽtis vtimur: vel aquam frigidam, vel vinũ bibendum damus, cum notas humorum concoctionis cernimus. Neq;.n. pulsus duntaxat vires ad eiusmodi agenda firmas requirimus, veluti nec eius facultatis, quę voluntariũ motum præstat, sed, sicut est dictum, ipsius potius concoctricis. Ergo, si & vires cunctæ valentes sunt, & febris ardentissima, & cõcoctionis notæ planè euidentes, frigidam homini dare audacter debebis. Constat nanq; talem hominẽ senem non esse, ex quo omnes illi virtutes valentes esse proposuimus. Quòd si ẽt bona corporis habitudine sit, quod εὐσαρκον Græci vocant, tum status cœli calidus, ac siccus, ẽt si in frigidã nata-

B tionem hunc dimittas, haudquaquã lædetur. Eiusmodi nanq; temporis opportunitate vsi, qui sese in frigidã coniecerunt, & protinus omnes sudarunt, et non nullis eorum aluus biliosa reddidit. At, si mediocris est febris, et vires nõ valide, sed cũ notis cõcoctionis, ijs, qui ita se habent, balneũ prodest, & vini potio: tum vero ex vnctionibus eæ, quæ rarefaciunt, idq; multo magis cum ambiens est frigidus. Neq;.n. aut frigidam in balneo lotionem, aut frigidam potionem in eiusmodi cœli statu ferè expetunt, vtpote †{respiratu ipsoꝫ assidue refrigerati: cũ, siqñ in frigido ambiente vehementer vri ægrotum contingat, exigua salutis eius habenda spes est. Si vero nec concoctionis habeat signa, nec vires validas, seruari is planè non põt. quo minus aut idem lauandus in balneo est, aut medicamentis ijs, quæ rarefaciant, vngendus, aut vinũ illi dandum, frigida've offerenda. In quo.n. desperata omnino salus est, imprudentis consilij fuerit apud vulgum infamare præsidia, quæ multis fuere saluti. Ipse siquidẽ aliquos noui ex amethodis istis medicis, qui, cum ea, quæ nos gessimus, essent imitati, ijsdemq; præsidijs in ijs, qui prorsus morituri erant, vsi, adeo nihil profecerunt, vt ẽt tempestiuum eorum vsum suspectum formidolosumq; reddiderint. Verum nos tẽpora præsidiaq; ijs, quos seruari spes est, scribimus, quando ægris, qui insanabiles sunt, ijs nec tẽpus vllum opportunum, nec præsidiũ est. Atq; hoc mihi per omnẽ sermonem tenerí memoria

C velim, quò minus præcipua illa primaq; omnium curationis indicatio conuelli aliqñ posse videatur. Quippe, cum dicat Hippocrates Contraria esse cõtrariorum remedia, quid vetat omnibus febricitantibus frigidã vno ordine exhibere? Verum nec exhibenda est, nec subuertitur eo tẽpore generalis omnis curationis indicatio. Vnum.n. ex ijs, quæ actu refrigerant, aqua frigida est. Sed & alia plura sunt, quæ partim potestate (vt dictum est) refrigerent, partim ex accidenti. Quorum alijs propter concursum pugnantium inter se indicationũ aliàs vtimur. Porrò tradita iam methodus est eius, quod conducit, ante alia semper deligendi. Ostensum præterea est ipsius febris, put febris est, aquã frigidam semper esse remedium, quod vero ad alia spectat, non semper: veluti cũ ex obstructione glutinosorũ & crassorũ humorum putredo oritur. Ponatur vero & cũ his redũdantiam in toto esse corpore, tum virtutem non imbecillam. In eiusmodi nanq; complexionibus cum multa præter naturam in corpore sint, quædam eorum præcedentes causæ erunt, veluti redundãtia cũ glutinosis & crassis humoribus. Horum.n. vitio obstructio est orta, quæ morbus instrumentalis est eorum, quæ obstructa sunt, corporum. Hanc symptoma secutum est ipsa transpirationis retentio: quã rursus putredo humorum excepit, ipsa. s. febris antecedens quædam causa.

† τοῖς εἰσπνοαῖς. i. inspirationibus.

Quæ putredinis & causæ ipsius indicationes sint, & quæ remedia præscribant. CAP. 10.

DErgo, qui febrem curare volet, necesse est, putredinem inhibeat. Ita duæ indicationes se exhibent, altera à febri: altera à putredine. Atque à febri rursus duæ, scilicet vt portio febris, quæ iam facta est, percuretur: quæ vero in generatione est, inhibeatur. Aliæq; duæ rursum à putredine erunt indicationes, vt & quod putredinis iam factum est, sanes: & quod in generatione adhuc est, sistas. Porrò, quod in generatione est, id adiapneustia. i. perspiratio impedita, facit. nihil enim deterius fuerit clarioris doctrina gratia ita eam nominare. Ita ab hac quoque aliæ duæ indicationes nascentur, tum vt, quod retentum est, vacuetur: tum, quod retinendum est, prohibeatur. Sanè prohibebitur ijs præsidijs, quæ obstructioni medentur. Cuius rursum ipsius, quod iam factum est, sanandum est: quod futurum est, inhibendum. At curabitur quidem, quod obstructionis iam factum est, per ea, quæ obstructa liberant: inhibebitur, quod futurum est, si affluxum obstruentium succorum compescas. Ergo, quod vltimum in ipsa resolutiua methodo est inuentum, id primum omnium in curatione est peragendum. Ostensum enim in prioribus libris est, si ijs auxilijs, quæ obstructione eximant, vti non vacuata prius abundantia velimus, fore, vt non modo nihil proficiamus, sed etiam affectum maiorem reddamus, pugnantibus scilicet inter se indicationibus. At, si vacuata prius multitudine ad curandam obstructionẽ accedamus, medicamẽtis ijs, quæ obstructiones expediant, erit opus. Verum, quoniã horum plurima calida sunt, metus

est, ne

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

est,ne tū putredinē,tū febrē augeant.Itaq; ijs,q̄ citra calorem liberare obstructiones valeant,vte- E
mur:vbi aūt,q̄ obstruunt,detersa dissectaq; sunt,p aluū, vrinas, & sudorē ea vacuare tentandum. Cū vero materię,q̄ hęc efficiant,ēt calidæ sint, necesse est interea tū putredinē augeri, tū febrem. Quare, quoad licet,id agēdū,vt, q̄ minus calfaciat,materia deligat̄:Aut,siqua inueniri pōt,q̄ non calfaciat,quēadmodū in hoc casu balneū,vtiq; ea est petenda.Hoc vero tpe ēt vires roborare, quò putredinē superātes,succos concoquāt,studebimus. Quod vero febris ipsius iā factū est,id refrigerabimus.In auxiliorū.n.inueniēdorū ordine vltima est, q̄ ab hac sumit̄,indicatio,quāuis alia ratione sit prima:quippe cum à febri cœperit inueniendorum præsidiorum methodus.

Ex symptomatis superuenientibus nunc protrahi,nunc peruerti febrium curationem. CAP. 11.

AC, si nullū quidem interim vehemēs incidat symptoma,prohibeatq; quò minus auxilia ab initio morbi ad finē ita procedāt,celerrime finiet̄ febris: Sin tale quippiā incidat,quod totā ad se curationē reuocet,necesse est,serius adueniat curationis finis.Siqdē,quod ita īteruenit,oīno vel contrariū est remedijs,q̄ antedictū causarū,affectuū,& symptomatū ordinē sanēt: vel oīno nihil saltē cōfert. Enimuero,si eius,quod interuenit, sanatio antedicto p̄sidiorū ordini sit cōtraria, necesse est interim cuncta deteriora reddi: Sin nihil originali affectui interuenientis obiter mali correctio nec officit,nec prodest, totius curationis celeritati in mora erit: Si aūt nocet,necesse est F
aut vniuersam medicationē in longius spatiū trahi:aut aliquod subseq piculū:aut ēt fore vtrunq;. Finge nāq; exempli gratia,afflicto interim stomacho syncopen incidisse,cui succurrere coacti cibū intēpestiue dederimus,ac vinū cū frigida: Ex horum.n.vsu tū obstructionē,tum corporis coarctationē,tum putredinē auctas esse necessum est:atq; ex harū auctu ipsam ēt febrē: Verum,vbi tū virtus satis valens est,nec quicq̄ interuenit,cuiusmodi, quā modo diximus ex vitio stomachi ortā syncopen:sed nec,quæ aliqn̄ accidere possunt,aut sanguinis profluuium,aut vigilia,aut dolor,aut error aliquis,vel ipsius ęgrotātis,vel eius familiariū: Vbi inquā nihil tale accidit,totus,q proxime dictus est,remediorū ordo hoīem profectò sanabit.Sed nec ipse tamē quocūq; remedio oīa,q̄ præter naturā sunt,sanat.Nam aqua mulsa,quod ad crassos succos extenuandos, & glutinosos detergendos,& excretionē promouendā attinet, optimū plane medicamen fuerit in ijs synochis,quos habitus coarctatior,& putredo excitarunt:quatenus vero calorē febris adauget, est noxia. vnde, si hic immodicus sit,parcendū aquæ mulsæ est,vtendumq; ptissanæ cremore:Quòd si difficiles ac contumaces esse obstructiōes iudicaueris,ēt oxymelite. At hoc ipsum rursus, si immodice vtare, & intestina radit,& tussim excitat,& neruosa lædit.Adeo.s.difficile est eiusmodi aliquod auxiliū inuenisse,quod citra vllā noxā magnifice prosit.Id accidit(vt dictū est)ex cōplexione ortorū ī cor G
pore pręter naturā affectuū,vnà cū præcedentibus eos causis,& sequētibus symptomatis.

Præceptum hoc,Contraria contrariorum esse remedia,non in affectibus modo, sed & in symptomatis verificari. CAP. 12.

NVnquam tn̄ propterea præceptum illud, quòd Contrariorum contraria sint remedia, aliquando verum erit,aliqn̄ falsum:immo id perpetuo verum est:quando fieri non potest, vt eorum,quæ præter naturam sint,quicquam per aliā vllam remediorum speciem curetur.Non tamen ex vsu est semper omnibus,quæ præter naturā sint,mederi,sed cum sola per se subsistūt. Nā, si cum alijs vnà incidant,alijs sæpe est ante illa medendū:sicut in cauis vlceribus,vbi ea simul cum phlegmone sunt coniuncta.Quippe verum in his quoq; manet,ꝙ per ea,quæ carne implent, curantur:Cæterum his vti prius,quàm phlegmonen curaueris,non licet.At interim,dum hæc sanatur,vlcus cauum adeo nō melius, q̄ fuit, redditur,vt ēt fiat magis cauum. Quòd si ijs,quæ carne impleāt, medicaminibus vti velis, neq; ipsum impleueris,& phlegmonen auxeris. Quę nanque carne implent,ea demum implere possunt,quæ phlegmone vacant, non quæ phlegmone adhuc sunt oppressa.Hoc itaque,quod in dictione tam est breue,nempe Contraria contrariorum esse remedia,potestate deprehenditur maximum. Quippe omnem medendi methodum confundet, H
quisquis hāc indicationem neglexerit:cum omnia,quæ præter naturam sunt,ab ijs, quæ ipsis sint contraria,curentur. Cum autem eorum,quæ præter naturam sunt,duplex prima differentia sit, alijs per se subsistentibus:alijs in ipso(vt sic dicam)fieri,essentiam suā habentibus, ac vmbræ ritu affectus comitantibus,sanatio quidem affectuum ipsorum est sublatio:hanc vero symptomatum amotio sequitur. Quibus quāq̄ ipsis nihil prima ratione adhibetur, attamen in ijs quoque ppetuum illud præceptum manet, ꝙ Contraria contrariorum sunt remedia. Quippe, cum affectus, quos symptomata sequuntur, sanamus, symptomata nimirū ipsa in contrarium statum perducimus.Quare, quæcunq; symptomata exiguorū meatuum densitas inuexit,ea rarefactiōe tollētur. Quòd si ipsi quoq; symptomati, quod ex dēsitate spiramētorū ē natū, (nēpe id est minori,q̄ iustū sit, excremēti effluxui,) qd' sanè paulo supius adiapneustiā vocauimus, symptomatū genus aliud contrariū opponere velis,ne sic qdē†{desit,qd' dixeris.}Sunt nāq; plura iusto defluuia,iusto paucioribus cōtraria. Adeo, sicui in symptomatis ipsis libet cōtraria cōtrariorū remedia dicere,in ijs quoq; stat īmotus primus oīum, q̄ p̄ter naturā sunt,curationis index. Verū satius est(vt prædiximus)eorū,quę vere & primum curantur,id est affectuum, in corpore qui vere sunt subsistentes, contraria esse remedia existimes.Quippe actiones eorum, atq; ēt offensas,vt eas in ipso,vt sic dicam,

† ἄπορος ὁ λόγος.

A cā,fieri eē dixeris,ita absolute subsistere minime dixeris.Nā manū extendere,aut flectere ex ijs,q̄ absolute sunt,dici non possunt,sed ex ijs,quæ fiunt: multoq; minus ipsius immobilitas,quæ ipsa quoq; symptoma est eius,qui in musculis neruis've subest,affectus:sed affectū,qui ex subsistentiū numero est vnus,contraria postulare remedia dixeris:Hunc vero solutū, contrariū sequi statum, quæ sanitas est:Atq; hanc rursus,quandā naturæ actionē,q̄ symptomati iā finito sit cōtraria. Sed nec noībus falli,(quæ sæpe alia forma poseruntur, q̄ vt contrarijs conueniat:sæpe vero planè non sunt,)sed ex ipsa rerū natura contrariū inuenire debes, habens.s. quò pro illo discernēdo spectes, confessum illud,contraria esse,quæ sub vno genere plurimum inter se distēt.Ergo, si intellexeris in illo genere,quod mediocre est,(id vero est,vt sæpe monstrauimus, quod inter extrema est medium)infinitā quandā contrariarū rerū multitudinem,quæ maioris minorisq; ratione inter se dissideant,ex eo inuenies. Verbi gratia.In affectibus,tenuiū spiramentorū symmetriā intelligens, ex vtraq; parte duo immodica,quæ inter se sint contraria,inuenies:In actionibus vero, symmetrian vacuatorū considerans,ipsi quoq; ex vtraq; parte ametria respondet. Verū in paruis spiramentis nomina excessibus non desunt,nēpe densitas & raritas:in vacuatis posita non sunt.Eoq; fit,vt cogamur plures paucioresq; effluxus dicere,ita nimirū,vt, si dēsitatis raritatisq; nomina nō essent,
B spiramētorum ipsorū alibi plura iusto esse,alibi pauciora dicere cogeremur.Ergo(sicut diximus) hoc maxime cauere debemus,simul etiam in eo nos exercitare,quò celerius cuiusq; sic dicti contrarium inueniamus.Non.n.in corporum modo qualitate,verūetiam in quantitate eiusmodi cōtrarietatem inuenias:quam vtiq; Aristoteles oppositionē vocat,non contrarietatem. Neq; enim magnum paruo vult esse cōtrarium,sed in eo,quod ad aliquid dicitur, oppositum: Neq; multum pauco:Sed nec rarum denso:Neq; relaxatum contracto:Neq; ipsi, quod secundum naturam est, id,quod pręter naturam est. Verum Hippocrati omnia id genus contrariorum habent appellationem,sicuti etiam Platoni,qui generationes ex contrarijs esse dicit. Ostensum quoq; à me in alijs est nec Aristotelem ipsum suam ipsius legem in nominibus seruasse, quo loco principia eorum, quæ natura reguntur,materiam,spēciem,& priuationem statuit. Verum(quod diuinum Platonem secuti semper testamur)contemnere nomina oportet,minime autem sciētiam rerum.Ea nāque ad salutem hominum pertinet,erroris q; in ea finis est pernicies. Nominibus siue proprie, siue improprie vtare,ad ægrotos id parum attinet. Intelligas id clarius, si non contrariorum contraria,sed, quemadmodum illis placet,opposita sibi inuicem esse remedia dicas. Siquidem copiā sanat vacuatio:defectum nutrimenta:in summa,quod exuperat,ablatio:quod deficiens est, adie-
C ctio.Itaq; etiam in alio opere recte arbitror à sene dictum:Medicina appositio est & detractio:deficientium quidem appositio,redundantium detractio.Porrò deficiunt redundantq; quædam in quantitate,quædam in qualitate:In quantitate,cum sanguis immodice est auctus, aut rursus minor redditus:In qualitate,cum vel calidus,vel frigidus,vel crassus,vel tenuis plus iusto minus've est effectus. Siue igitur contrarietatem,siue oppositionē nominare libet,eius indicationis medēdi,quæ ab omnibus,quæ præter naturā sunt,præbetur,semper meminisse debebis, eiq; esse intētus:potissimum quidem,vt dictum prius est,in affectibus:sed tamen & in symptomatis:quamuis horum nec primū curatio sit,nec proprie contrarietas,sed curatio quidē simul cum affectibus,ex accidenti:contrarietas vero,lucidioris.s.breuiorisq; doctrinæ causa loquentibus,abusiue.

* Formam.

Indicationes omnes tradit tum rerum præter naturam,tum secundum naturam,quibus vniuersa continentium putridarum curatio continetur. CAP. 13.

VErum ad medēdi indicationes propositi nobis febrium generis reuertamur. Repetamusq; singula genera,quæ in nobis præter naturam sunt,non causarum modo,verūetiam morborum & symptomatum.Et causarū quidem genera sunt multitudo,& crassitudo,& lentor humoris.Causa simul & symptoma est transpirabilis excrementi retentio.Simili modo causa pariter &
D affectus est ipsa putredo.Morbus vero tum obstructio, tum febris ipsa. Symptoma vero est ipsa transpirabilis excrementi retentio.Ergo indicabit(vt dictum est) præcedentiū causarū quælibet proprium aliquid:multitudo ipsa,quæ ex eorum est numero,quæ sunt ad aliquid in prædicamēto quantitatis,vacuationē:lētitia vero & crassitudo,quæ sunt in qualitatis affectu,sanationē,quæ per contraria perficiatur. Cum vero in plerisq; oppositionibus cōsueta nomina non sint, accidit, vt,qui in rerum scientia minus sunt exercitati,fallantur. Cū.n.vno nomine nequeunt, quod animo concipiunt,nominare,id,ceu prorsus non sit,dimittunt,quēadmodum profectò in glutinosis & crassis succis faciunt.Quippe crassus succus ex aduerso oppositum habet tenuem: Glutinosus vero(sicut ipse primus græce nominaui)rhypticon,quasi detersiuū dicas:sicuti vero aliquis dixerit,qui à solidis corporibus nominandi occasionem acciperet,friabile. Siquidem hoc pacto semp videtur Aristoteles oppositionem facere,verum non in succis,(vt dixi)sed in solidis ipsis corporibus. Quòd si glutinosi humoris naturā sub ea ratione intelligas,ꝙ,quicquid tetigerit,huic ægre dissolubilis adhæret,non immerito, arbitror,eum,qui nec adhæret,& ea,quæ adhærent,deterget, cōtrarium ipsi statues.Et antecedentiū quidē causarū contrarietates abunde sunt dictæ. In instrumētali vero morbo,q est obstructio,contrariū ei est græce ecphraxis,quā reclusionē(puto) dixeris:Symptomati vero,qd est trāspirabiliū retētio,excretio ipsorū cōtrarium est. At vero in humorum

* Al. πρόσθεν. i. antea.

morum putredine & excretio,& refrigeratio,& ventilatio,& ſemiputtridorũ cõcoctio,ex aduerſo reſpõdẽt.Ipſius vero febris, refrigeratio oppoſitio eſt.Porrò, quibus methodis materiam,quæ ſingula modo memoratorũ perficiat,inuenias,iã diximus. Pugnãtibus igitur his (ſicut diximus) alias aliꝙ tũ indicationes vincent,tũ materiꝙ.Indeꝙ factũ eſt,vt quidã,cũ ignoraſſent vnã ſemper dari ex re quaꝙ indicationẽ,ac, ſi præter naturã ſit,quod indicet,contrariũ id ſemper indicare:ſin ẽm naturã ſe habeat,non contrariũ,ſed ſimile,nec medendi hi, nec ſanitatis tuendæ methodũ cõſtituere potuerint. Siquidẽ,cũ in primis ipſis indicationibus ſunt lapſi,multo profectò magis in ijs,q̃ ſecuturæ erant,decipi debebant.Debent.n.(arbitror)ædificijs fundamenta iaci firma,& ſcaphis poni idonea carina, ſiquid ædificandorũ pangendorũꝙ in ijs futurũ eſt firmũ. Vbi.n.prima ipſa baſis ſtatim ab initio debilis fuit,q̃ fieri põt,vt,qđ ſupſtruxeris,futurũ infirmũ non ſit. Itaꝙ, qm̃ in continẽtibus ex propoſita ſtipatione febribus,(neq; n.grauari debemus iterũ, atꝙ iterum ſermonẽ repetere,quò nũc ſaltẽ medicorũ vulgus verã methodũ condiſcat) qm̃, inquam, ſeptem præter naturã poſita ſunt,à quibus indicationes ſumunt̃,humorũ multitudo,craſſitudo,lẽtor,obſtructio,tranſpirationis retentio,putredo,& febris carens intermiſſione: atꝙ hæc contraria oino eſſe adhibenda docebant:præter hęc vero ab ijs,q̃ ẽm naturã ſe habebãt,poſitę indicationes ſunt, ex tẽperamento tũ ipſius laborantis partis,tũ reliquarũ omniũ,q̃ principes ſunt,ex ſubſtantiæ ipſarũ q̃titate,& ex ſpiritus ipſius ſubſtantiæ,tũ q̃titate,tũ qualitate:horũ vero indicationes nõ contrariorũ erant,ſed ſimiliũ:ad iſta vero(ſicut diximus)dignoſcenda,tũ ętas,tũ conſuetudo,tum oẽs quæ externæ morbo cauſæ fuere,contulerunt, vtiꝙ ortis hinc quoꝙ indicationibus non paucis, Oẽs profectò inſpicere ſimul medicũ decet,quò.ſ.intelligat,quonã primum ac magis, quonã minus & ſecundo,quonam adhuc & tertio, atꝙ deinceps quo poſt quod præſidio ſit vtendum.

De ſanguinis mittendi ratione in propoſita febre. CAP. 14.

QVippe,ſi vires eius,qui ex putredine humorũ(vt poſitũ eſt)febricitat,valentes ſint,mittẽdus ſtatim ſanguis eſt:ſi cruditas ventris non ſit,ſtatim morbo incipiente. Sin vires infirmæ ſint,aut ætas diſſuadet,incidenda vena non eſt.Porrò dictum ſupra eſt eiuſmodi febrẽ in virtutẽ imbecillã nõ icidere.Quippe ſynochos bene habiti corporis, ac calẽtis ætatis,ppria eſt.At,ſi in puerũ incidat,q̃ quartũdecimũ annũ hactenus non attigit,mitti illi ſanguis non debebit ppea,ꝙ tantillis,cũ præſertim calidi ac humidi ſint,plurimum corporis ſubſtantiæ quotidie defluat,ac digeraẽ.Ita,quod ex incidenda vena moliendũ nobis fuerat, id vltro nobis ex curati corporis natura preſtaẽ.Quòd ſi corpus quartũdecimũ annũ exceſſerit,eſtimãdum eſt,qualis nã eius naturã ſit,num gracilis,& ſpiſſa,& dura,& copioſi ſanguinis,an contra. Atꝙ ita in priori miſſionẽ ſanguinis adhibebis:in ſecunda nequaquã. Quinetiã mõdus vacuandi ſanguinis ex ijſdẽ indicãntibus ſumeẽ.Si.n.cui ſanguis mittitur, triginta annos natus ſit,ſed laxus, & mollis,& pinguis, et albus,ac gracilibus venis,huic aut planè ſanguinẽ non mittes,aut parũ detrahes.Et oĩno quidẽ non mittes in tẽpore ætatis,& regione æſtuoſa,& cœli ſtatu calido ac ſicco:Parũ detrahes in reliquis tũ anni tẽporibus,tum regione,tũ cœli ſtatu. Etenim, ſi neꝙ obſtructio ſubeſſet,nec putredo,ſed ſola ſuccorũ redundãtia,protinus à miſſione ſanguinis,pro naturæ ſuæ ratione ſe haberet. Itaꝙ tm̃ ſuccorũ in omni tũ corporis tẽperamento,tũ regione, tum anni tempore, tum ſtatu cœli detrahi par erat,quãtũ ſupra naturalem ſtatum fuerat inauctum. Verum, qm̃ nec obſtructio,nec putredo curari per ſanguinis miſſionem põt,vt quæ alia remedia(ceu prius eſt monſtratũ)deſiderent,reponi ſanguinis aliquid ad curationis ſpatiũ debebit, quò minus intempeſtiue nutrire neceſſitate vlla cogamur.Quantũ nanꝙ ad eiuſmodi pertinet febrẽ,prorſus nutriendũ non eſt. Siquidẽ oſtenſum prius eſt ſolũ virtutis reſpectum eſſe,qui de nutrimento indicationem præbeat. Atꝙ vero, quãtũ ad id, quod inanitũ corpus eſt,nutrire oportet.Ita neceſſum eſt duorũ alterum, aut febrẽ,ſi nutris,augere:aut vires,ſi non nutris,deĳcere.Satius itaꝙ fuerit (vt dictum eſt) aliqd ſanguinis,quod proprium partibus animalis nutrimentum ſit,relinquas:ac ipſe pauciſſimas ſorbitiones potioneſꝙ exhibere ſis cõtentus:quibus vtiꝙ, ceu medicamentis potius, q̃ nutrimẽtis, egemus.Nam id quoꝙ ſupra(quò minus multa de ijſdem adhuc loquamur)eſt oſtenſum.

Aduerſus Methodicos, qui omiſſa venæ ſectione præcordia cataplaſmatis,& perfuſionibus relaxabant. CAP. 15.

IMmo de cataplaſmatis ac præcordijs perfundendis eſt loquendum. Quippe pleraꝙ medicorũ turba vnum quiddam hoc quoꝙ ex methodicorum iſtorum curãdi ſanctionibus ſtatuit. Omneſꝙ, ſicuti poſt tertium diem nutriunt,ita etiam oleo prius perfundunt. Inde vno die interpoſito rurſum nutriunt,cataplaſma prius imponentes:Quòd ſicui aluus eſt adſtricta, etiam hanc clyſtere ducentes.Itaꝙ his ſaltem authoribus ordinandi victus artem, vna hora quis didicerit. Verum non ita ſe vera res habet.Sed, cum ars ipſa tota ſit magna,non leuiſſima eius pars eſt ſcientia ordinandi victus. Quæ vtiꝙ ex his maxime remedijs conſtituitur,cibo,potione,perfuſione,cataplaſmatis,& clyſteribus. Quippe ijdem medici,cum ſanguinis miſſionem in principio etiam ſolam adhibuerint,reliquam omnem ægri curationem victui mandant.Itaꝙ(vt dixi) vnius horæ eſt victus eorũ diſciplina. ꝙ ſi,qui diſcit,ingenio valeat, ne huius quidẽ integrę,ſed minimæ eius partis,in qua.ſ.quę nunc dicam,audiſſe licuerit.Qui febricitant,ſi valentes viribus ſint,omnibus ſanguinem

A ſanguinem ab initio mittes:perfuſoſꝙ oleo poſt tertiæ acceſſionem, vel mulſa cum alica nutrisa, vel ſorbitione.Deinceps vero alternis cibabis diebus,ſed cataplaſma exartomelite prius imponẽs.Sicubi vero aluus adſtricta fuerit,clyſtere hanc duces.Atꝙ illorum quidem vniuerſam ordinandi victus artem,in his verbis iam audiſti,non vtiꝙ in ſex menſibus,ſed ſex verſiculis. Veram autem diæteticen,id eſt victus ordinandi artem,nunc audies. Calfacere præcordia cataplaſmatis,aut perfuſionibus nõ eſt perpetuo tutum,ſed in ijs tm̃ ægris, qbus in toto corpore nullũ errat ſuperfluũ:Cæteris omnibus extrema eſt pernicies. Nam,ſiue redundantia vtrauis ſit,vel quæ ad viſores,vel quæ ad vaſorũ continentiam comparatur:ſiue ẽt in vna parte pluribus've vitiоſa excrementa ſint,omnia ad partẽ excaſſactã trahuntur.Quoties.n.vidiſti præcordia,cũ planè phlegmone carerent,intra quatuor dies,q̃ ea gregales iſti medici perfundere cœpiſſent, phlegmonen contraxiſſe,cum ego ẽt id ipſum tibi prędixiſſem,iuſſiſſemꝙ,diligenter ad phlegmonen futuram attentus eſſes? In quibus id maxime intellexiſti,quantum malum ſit vſui,qui alienus à ratione ſit, inſueſcere.Quippe hi,cum ex ijs,quæ ipſimet faciunt,phlegmonas ſemper excitent, id non animaduertunt,ſed ijſdem ſemper erroribus implicantur: veluti Hippocrates ijs accidere dixit, qui hinc & inde oſſiũ fracturas cũ vlcere deligabant. Etenim illi, cum phlegmonas in vlcere crearẽt,

B non tamen deſtiterunt,rati id adeo non ex deligatura,ſed alio quopiam errore incidiſſe. Et quomodo,queſo,ad aliam curationis rationem ſe tranſtuliſſent,qui vſum ſine ratione profitebantur, ex ijs,quæ tum ipſi ſemper facere eſſent aſſueti,tum præceptores ſuos ante ſe facere contemplati? Siquidem huius generis homines ne tentandũ quidem cenſent, vt ex indicatione quicquam ſumant:ſed ſola experientia ſunt contenti. At Hippocrates ab ipſa rei natura idoneum curationis modum inuenit.Quo poſtea in vſum veniente cognitum eſt,quantus eſſet in priori error.Quin, ſiquis in eiuſmodi affectibus, cataplaſmatis & perfuſione ex oleo relictis, velit ad curationẽ, quã ratio docet,accedere,ipſe,quantopere aberrent, qui plethorica & quæ parum pura ſunt corpora, ſic curant,haud magno negocio experientia ipſa iudicabit.Sanè accidit,vt in eiuſmodi morbis diuites potius,quàm pauperes perperam curentur. In his.n.propter ipſorum delitias duplex peccatum non raro cõmittitur,& ꝙ ſanguis non mittitur:& ꝙ à medicis impenſior ſcilicet adhibeẽ diligentia,vt quotidie aliquid circa ægrotantis corpus fiat.Ac inter initia quidẽ ſanguinis miſſionẽ maior eorum pars propter mollitiem non admittit,tametſi magis, quàm pauperes,redundantiæ ſanguinis affectibus ſunt obiecti,vt qui magis tum cibis ſe impleant,tum in ocio viuant. Medici vero,qui eos curant,vbi ſummum remedium eſt omiſſum,aliorum vſu ſarturos ſe, quod deficit,

C putant.Huc accedit,quòd ipſi quoꝙ ægri,ſiquis victu contra morbum minore cum negocio inſtet,negligentiam rati:ſiquis rurſum quiduis agat,diligentiam,cogunt eos præcordijs aliqd quotidie admouere,ſed nec inuitis profectò ipſis medicis:vt qui facere ſemper aliquid videri velint, quòd ſic ſe maiorem mercedem accepturos ſperant.itaꝙ accidit,vt illo ipſo tempore phlegmonæ diuitibus incipiant,quo iam pauperibus morbus propemodum perductus eſt ad finem. Quippe miſſo in propoſitis febribus inter initia ſanguine,non pauperibus modo,verumetiam diuitũ ſeruis,plurimis quidem quinto,aliquibus ſeptimo criſis contigit, nemini ſerius. At diuites,qui & ſanguinis copiam,& excrementorum plus,quàm pauperes & ſerui habent,cum ſanguinis mittẽdi prætermiſere remedium, ac quotidie tum calido oleo perfundantur,tum laxãtibus cataplaſmatis vtantur,phlegmonen nimirum aliquam vel in iecinore,vel ventriculo,vel reliquorum iſtic viſcerum aliquo cõtrahũt,aliꝭ in quarto:aliꝭ in quinto:omnes planè in ſexto. Nec oblitus, arbitror, eius,qui dum perfunderetur,difficultate ſpirandi laborauit, omni ſuperuacuo † {ad pcordia} caloris vi tracto.Ergo non hic modo periꝭt,ſed aliꝭ quoꝙ infiniti quotidie pereunt, cataplaſmate ipſo cucurbitulæ ritu corporis ſuperuacua in viſcera trahente.Non defuerunt profectò & qui cucurbitula quoꝙ ipſa ſunt vſi,eo tantum conſilio, vt circa ægrotantem aliquid ſemper moliri viderentur.Saluberrimum autem(vt prædiximus)eſt in febribus venam incidere,non continentibus modo,verumetiam aliꝭs omnibus,quas putreſcens humor concitat: vbi præſertim nec ætas, nec vires prohibent.Leuata nanꝙ,q̃ corpus noſtrum regit,natura,exonerataꝙ eo,quo, velut ſarcina,premitur,haud ęgre,quod reliquum eſt,vincet.Itaꝙ propriꝭ muneris haud oblita et coquet, quod cõcoqui eſt habile,& excernet, quod poteſt excerni.Eorum.n.quę in medio ſunt corpore, (vt iſti vocant)prouidentia,vbi detractus ſanguis non eſt, maximum planè eſt malum:vbi detractus eſt,non maximũ. Quanquam ſic quoꝙ noxia eſſe in ſynochis febribus põt:quippe deuſta immodico calore viſcera etiam amplius deuruntur ac torrentur. Ergo eiuſmodi prouidentiã illi duntaxat requirẽt,quibus in vna particula putredo conſtitit:ſi tamen hi quoꝙ ſanguinem prius miſerint.Prouidebitur autem his,non ſicut triuiales iſti medici prouident, qui ſtatim inter initia relaxant,ſed in plurimis prorſus contra.Relaxantia nanꝙ remedia,ſicuti,quod in membris continetur,euocant,ita,ſi in principio ſint admota,pro eo plus attrahũt. Cum enim adhuc ad affectũ locum fertur fluxio,reprimere remittereꝙ hanc expedit,nõ ad ipſum attrahere. Quæ vero Apocruſtica.i.reprimentia dicũtur,quę adſtringẽdi certe vim obtinẽt,in principijs idonea ſunt duplici ratione, & ꝙ robur affectis particulis inſerunt:(vnde minus põpte affluxum excremẽtorum in ſe recipiant)& ꝙ eorũ,quę in ijs iam contenta ſunt,tenuiſſimum extrorſum exprimant.Quòd ſi tum

* Αἴ.σχέσις.i. habitudo.

† ἐπὶ τὰς φρένας.i. ad ſeptũ tranſuerſum.

Universidad del Rosario Archivo Histórico

ſi tum fluxio humorũ per ea remedia compeſcitur:tum denſitas, quæ ex adſtringendo in affecta E
particula relicta eſt, craſſiora detinet, iam tẽpeſtiua relaxatio eſt, quò eæ, quę retẽta ſunt, vacues.
Præcipue aũt adſtringentibus eſt vtendũ, vbi in iecur aut ventriculũ ſuperuacuũ profluit:qñ & è
primoribus admodum hæ partes ſunt, & munus ſuum obeant vel in ipſis morbis, eſt neceſſum.
Porrò eſt non exiguũ eorum munus, qualeq; reliquarũ partium, quibus illud modo negociũ eſt,
vt id, quo nutriãtur, cõficiant, verũ quod tantopere animalis interſit, vt, ſi neq; in ventriculo pro-
be alimentum fuerit cõcoctum, nec in ſanguinẽ in iecinore mutatũ, vtiq;, quod in fame nobis ac-
cidit, vt cibi penuria degere in abſtinentia cogamur, idem tum omnibus animalis partibus acci-
dat. Non.n.ex ijs, quæ deuorarit quis, ſed ex ijs, quæ in iam dictis viſceribus confecerit, alimẽtum
toti corpori ſuppeditatur. Atq; ob hæc nimirum impenſius, q̃ cætera membra, vẽtriculus & iecur
adſtringentia deliderant. Ergo, cum ea, quæ iam infixa ſunt, euocandi tempus eſt, tum quoq; mo-
dice adſtringi poſtulant. quod.n. adſtrictionis in principio largius ijs, q̃ cæteris partibus, adhibeẽ,
id ſeruandũ aſſidue eſt, nimirũ manente, qui id indicet, vſu. Vſus vero eſt (vt paulo ante teſtati ſu
mus) nutrimenti confectio. Si igitur per imbecillitatẽ parum recte concoxerint, nõ modo aſſum-
pti cibi nulla eſt vtilitas, ſed ẽt ventriculo non raro ex eius corruptela laceſſito expellit quoq; ali-
quid prioris. Ita fit, vt duplex iã noxa toti corpori accedat, cum nec ex cibo ſumpto nutriatur, & F
aliquid †{ex eo, quod ſibi repoſuerat, } amittat. Huc accedit, & q̃ ciborum cõcoctio, ſiue ea in ie-
cinore, ſiue in ventriculo ſit improſpera, febres intendit, ac ſucci vitio exacerbat. Quo magis in
omni febre, ciborũ concoctioni proſpicere magnopere oportet. Atq; eius rei cauſa roboris quoq;
inſtrumentorum, quibus perficitur, non leuis habenda eſt cura. Sanè aliqui ſunt (vt Hippocrates
ait) qui ex eo, quod ignorant, non parum lucrifaciunt. Arbitrantur.n. iecinoris ſe phlegmonen
relaxantibus præſidijs curare, ex eo ſcilicet famam ſibi comparantes, q̃ in agnitione fallunt. Siq-
dem videntur non nunquã lineamenta muſculi, qui à coſtis thoracis ad præcordia peruenit, per-
ſimilia iecinori. Mirum aũt minime arbitror eos, qui nec aliud quicquã in arte probe didicerunt,
nec in agnoſcendis affectis partibus ſe exercuerunt, ſic laudem aliquando conſequi.

† τῆς ὀικείας παρασκευῆς.

* περιγραφὴ. i. circũſcriptio.

Qua ratione cataplaſmata parare oporteat, quæ ventriculo, iecinori, lieni, & reliquis inferioris ventris partibus conducant. CAP. 16.

VErum iſtos mittamus. Nos, vel ſi minima ſuſpicio ſit iecur ventriculum ve laborare, abſin-
thium protinus oleo incoquemus, ac eas particulas perfundemus. Cum aũt duplex in om-
ni abſinthio facultas & qualitas ſit, veluti in libris de medicamentis eſt traditum, vtiq; in pontico
adſtringendi facultas non parua eſt: In reliquis omnibus amara quidem qualitas eſt vehementiſ- G
ſima, adſtrictio vero (quam ſaltẽ guſtu agnoſcas) aut planè obſcura, aut prorſus nulla ſentitur. Pro
inde pontícum ad iecinoris & ventris phlegmonas eligi præſtat. Porrò id eſt tum folio, tum flo-
re longe, q̃ cætera abſinthia, minore. odor quoq; huic non modo non inſuauis, verumetiã aroma-
tum quid præferens: reliquis autem omnibus eſt fœdus. Quare hæc fugere conueniet, vti autem
ſemper pontico. Etiam reliquorũ medicamẽtorũ, in quibus miſta cum amaritudine adſtringẽdi
vis eſt, aliquid in oleum conijcere, atq; ad eundem modum vti licet. Oſtendimus nanq; in opere,
quod de medicamentis inſcribitur, amaram qualitatem præire, ac viam adſtringenti facere. Quo
fit, vt medicamẽtũ id genus, omnibus, quæ tantum adſtringant, ſit præſtantius. Ac, ſiquidem in-
tendere adſtrictionem ſtudes, etiam oleum ipſum adſtringendi vim habeat, cuiuſmodi eſt, & qđ
Hiſpanum vocant, & quæcunq; cum frondibus oleæ præparare ſolent, vel quale eſt crudũ, quod * βαλλῶν libro ſequenti vertit germina.
græci omphacinon vocant. Sin leuiore vti adſtrictione placet, aliud olei genus præparabis, præ-
cipue quod tenuium ſit partium: quod genus Sabinum eſt. Optimum tamen, vbi adſtringere ve-
hementius eſt opus, Hiſtricum oleum eſt, vt quod ambas in ſe virtutes habeat, & amaram, & quæ
adſtringat. In penuria vero abſinthij inter initia vel melinum, vel maſtichinum, vel lentiſcinũ ſa-
tisfecerit: q̃ ſi exigua febris ſit, etiam vnguentum, quod ex nardo componitur. Eſto autem opti- H
mum id quoq;. neq;. n. parum intereſt inter id, & quod vitioſum eſt: cum id, quod Neapoli in Ita-
lia conficiunt, nomine tantum nardinum vnguentum ſit, ſi cum eo, quod in Aſia fit, cõferatur. Id
antea Laodiceæ tantum componebatur: nunc etiam in multis fit oppidis. Quòd ſi inclinatio fe-
bris, in qua iſta moliris, non admodum ſit facilis, abſtinebis à nardino. veteris autem hoc tempore
rectius melino: aut, ſi id non eſt, lentiſcino: ab hoc vero maſtichino. Omnibus nãq; his nardinum
vnguentum valẽtius excalfacit. Quare, ſi reliquorum copia non eſt, roſaceum illi admiſcebis. Sa
nè myrtini adſtrictio idonea non eſt, cum craſſiorum ſit partium, q̃ vt alte deſcendere poſſit. Atq;
hæc quidem exempli gratia protulimus: nam magnam eorum copiam deligere ex medicamento
rum libris licet. Ad eundem vero modum & cataplaſma compoſitam vim habeat ex ea, quæ te-
nuium ſit partiũ, ac relaxet, tum vero ex amara & adſtringente. Superet aũt in ijs, vbi ſcilicet tum
reprimere, tum robur addere ſtudemus, quod adſtringat: vbi tenuare ac detergere, amarum: vbi
euocare, quæ ex relaxantibus tenuium maxime ſint partiũ. Siquidẽ, quæ craſſæ ſubſtantiæ ſunt,
ea pus mouentibus mõſtrauimus eſſe accõmoda. Cum aũt definitũ in opere de medicamẽtis ſit,
& quæ vel ſolã obtineant adſtringendi qualitatẽ, vel amaritudinẽ: & quæ ambas poſſideãt quali-
tates, maxime deligenda ſunt, q̃ ambas habent. vbi ea non adſunt, ipſe amara ijs, quæ adſtringãt,
miſcebis,

A miſcebis, ita nimirum, vti nos in iecinoris phlegmone, ex copijs præſentibus componere cataplaſ
ma vidiſti. Erat enim is, qui ægrotabat, medicus: quem iam lucernis accenſis inuiſimus: quo tem-
pore ab ijs, qui talia venditant, nihil emi potuit. Ergo, cum inclinatam notabiliter febrem inueniſ
ſem, vtendum occaſione q̃ primum cenſui, eo certe magis, q̃ ſuſpectam horam, quæ gallicinio fu
tura erat, alterius acceſſionis initium allaturam verebamur. Incoxi in oleo quidem abſinthium:
in aqua vero malum cotoneum. Dum autem hæc coquebantur, myrobalani pieſma, & ireos ra-
dicem, quæ intus inueneram, contudi cribrauiq;. Dein olei & aquæ, quæ paraueram, portionẽ in
lebetem immiſi: ac, vbi modice coxeram, myrobalanum & irim vna cũ exigua cera inieci. Coqui-
mus autem cotoneum non in aqua modo, verũetiam perſæpe in auſtero vino. Ac omnibus eiuſ-
modi cataplaſmatis de ipſa quoq; cotonei carne interdum admiſcemus. Quippe, vbi, & quod cõ-
fluit, copioſum eſt, & particula ipſa infirmior, adſtringentem vim (ſicut ſcis) inaugemus. Vbi vero
tum corpus totum purum eſt, nec membrum ipſum imbecillum, nec vltra quid confluit, ibi in ijs,
quæ miſcentur, materijs minimum quidem fit, quod adſtringat: copioſius vero non ſolum, quod
relaxet, ſed etiam & quod amarum eſt, & quod acre. Quòd ſi exigua febris ſit, ac phlegmone non
adeo calens, tum æger ipſe inediam tolerare valeat, hoc caſu digeſtoriam quidem curãdi ſpeciem
B intendes: adſtringentem aũt remittes. Neq; enim amplius ipſi ſaltem phlegmonæ conducere poſ
ſunt, quæ adſtringunt, vbi nec affluit quicq;, & craſſus humor affecto loco tenaciter eſt infixus: ſed
(ſicut prædictum eſt) trahendæ potius curationis, ac, quæ adſtringant, miſcendi conſilium proba-
mus: quò robur membrorum tueamur. Vnde nec colo laborante, nec reliquorum inteſtinorum
quouis, nec muſculis, qui in præcordijs habẽtur, aut ipſo peritonæo miſcenda adſtringentia ſunt.
Sed nec, cum veſica male habet, vterus'ue: modo (vt dictum eſt) nihil vltra ad locum fluat: nec ſan
guinis redundantia, nec excrementorum copia in toto ſint corpore. Porrò renes & pectus in me-
dia prædictorum conditione ſunt, quãtum ſcilicet à ventriculi iecinorisq; ſolicitudine abſunt, tñ
reliquorum ſupergreſſa. Siquidem in ventriculo ac iecinore exolui robur eſt perniciоſiſſimum:
in illis minime eſt periculoſum. In his vero eſt quidẽ periculoſum, non tñ perinde, vt in illis: niſi ſi
pus educere ex pectore, aut pulmone aliquando ſit opus. De liene pronunciare abſolute non eſt,
nec niſi prius definita tum corporis totius natura, tum vero affectu, qui curationis tempore occu-
pauit. Nam, ſi vel æger ex ijs ſit, qui atræ bilis excrementum naturaliter congerant: vel etiam eo
tempore ſuccus is in eo abundet, neceſſe eſt in liene curando adſtringẽtia reliquis admiſceas, quò
viſceris robur cuſtodias. Ita enim & excrementa ad ſe trahet: &, cum corpus expurgarit, ipſe rur-
C ſus per ventriculum excernet: veluti in naturalibus commẽtarijs de ijs eſt proditum. Sin nullum
omnino ſit atræ bilis excrementũ, aut omnino adſtringendum non eſt, aut parciſſime. Obſeruan
dum vero diligenter eſt non in liene modo, verũetiam in oĩbus partibus, in quibus humor putre-
ſcit, quòd ſymptoma maxime ſit vehemens, quod ſecundo loco, aut tertio: quò videlicet affectu
ex ipſis planè inuento, idoneam ei curationem adhibeas. Aliàs nanq; in membro affecto calor ſu-
perat: aliàs tumor, qui vel propter abundantiam humoris, vel propter craſſitudinem ſit durus. Si
igitur calor præponderat, id agendum, vt ſenſim per ea, quæ tepentem calorem obtinent, digera-
tur: quod genus eſt tum lini ſemen, tum chamæmelum: quibus adijci vel hordei vel fabarum fari-
na debet, quippe quorum neutrum excalfacit. Sæpe autẽ (vti non ignoras) quod medici artomeli
vocant, pro cataplaſmate eiuſmodi phlegmones præparamus, atq; aquæ aliquid miſcemus: ad lie-
nem vero etiam aceti aliquando aliquid. Si vero laborantis phlegmone partis calor non multum
à natura exceſſerit, ſed magnitudo eius notabilis fuerit, digerere haud timide ſine aqua debebis,
ẽt fœnigræci aliquid ſupradictis immiſcẽs. Si vero, veluti ſcirrhoſa, phlegmone ſit propter humo-
rum, quos continet, vel craſſitudinem vel lentorem, tum aceti aliquid, tum amara medicamenta
ſimul immiſcenda curabis: potiſſimum in liene. Etenim viſcus hoc propterea, q̃ ab iecinore craſ-
D ſum humorẽ trahit, eiuſmodi humoris occaſione plerunq; laborat. Quo magis cataplaſmata, quæ
ex oxymelite & abſinthio & cappari fiunt, illi ſunt idonea. Hæc igitur cum medicorum vulgus
ignoret, omnes oleo perfundunt, & cataplaſmatis relaxantibus curant prius, q̃ corpus vacuetur:
omniumq; maxime diuites: quibus non ſolum in talibus obſequuntur, ſed etiam eos lauari in bal
neo permittunt. Ego vero nec eorum, qui ex putredine humorum febricitent, lauem quẽquam:
nec relaxantibus cataplaſmatis prius, q̃ ſuperuacua purgarim, vtar. His vacuatis non ſolum auda
cter lauem, ſed etiam cataplaſmatis vtar, in alijs quidẽ membris, ijs, quæ relaxent: in iecinore vero
ac ventriculo, additis etiam, quæ mediocriter adſtringant. CAP. 17.

Quæ cataplaſmata cordi, & pulmoni, & omnino pectori conueniant.

PArcius vero ad pectus, q̃ ad ea, eſt adſtringẽtibus vtendum: qñ talia humores, q phlegmonẽ
excitant, in pulmones & cor non nunq; reprimunt. Ac cibis potius horum firmitudini eſt cõ
ſulendum. Neq; enim, ſicut in iecinore & vẽtriculo, ita hic quoq; tenuiſſimo victu eſt vtendum.
in illis nanq; alimentũ concoquitur, metuſq; eſt, ne ipſis phlegmone laborantibus nec nutrimen-
tum rite concoquatur, & phlegmone augeat. In pectus vero tñ alimenti iam concocti peruenit,
quantũ vni ipſi particulæ nutriendæ ſatisfaciat. Ac longe quidẽ magis in pulmonis phlegmone
abſtinẽdum ab adſtringentibus eſt: qñ in eo ipſis quoq; relaxantibus admiſcendũ aliquid acrium
quodãmodo

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

quodammodo & euidenter calfacientium est. Quippe foras trahere potius, ꝙ reprimere, in eo de E
bemus. Itaq; etiam cucurbitula vtiliter ijs, qui sic laborant, si prius sint vacuati, applicabitur. Si ve
ro abundantia succorum (quam vocant Plethoram) in his sit, non magis ex pulmone in pectus ali
quid excrementi transferet, quàm ex toto corpore attrahet in vtrunq;.

Cataplasmata laboranti cerebro & capitis partibus accommodata. CAP. 18.

EAdem ratione nec in cerebri & eius membranarũ phlegmonis, cucurbitulis in morbi initio
vtemur, verũ vbi nec influit adhuc quicq̃, & totum corpus prius est vacuatum. At reprimen
tibus in his quoq; inter initia vtendum. Sed cum ossibus cranij mediũ occupantibus in altum de
scendere reprimentium vim cupimus, eorum, quæ præire ac deducere ea possunt, aliquid repri
mentibus admiscebimus. Ea sunt, quorũ substantia ex tenuibus partibus constat. Sanè acetũ non
modo tenuium partium est, sed ẽt non mediocrẽ reprimendi vim obtinet. Quo profectò rationa
bilius in principijs affectuum ipso vtuntur, rosaceo admiscẽtes. Procedente vero tempore etiam
spondylij & serpilli (quibus iam non modo partium tenuitas, sed etiam calor inest) aliquid admi
scent: quo scilicet tempore transire ad ea, quæ concoquant ac digerant, cõuenit, atq; hæc vtraq; va
lentiora, ꝙ postulet ipsa pars phlegmone affecta, deligere, ceu viribus eorũ per ea, quæ intersunt,
ossa remittendis. Sanè ad eum modum & castoreo vtimur: cum tñ eo in alijs phlegmonis minime F
vtamur, quamuis etiam in summa inclinatione sint: est enim calidius id, ꝙ vt phlegmonis sit ido
neum. At vero locis circa cerebrum, phlegmonis ipsis iam inclinantibus, est vtilissimum: qm̃ non
continuo his, sed ossibus interuenientibus occurrat. Inest aũt eiusmodi pharmaco & partium te
nuitas, quod ipsum ijs, quorum per densum obicem transmitti vim oportet, est accommodum.

Quæ partes per quas vias, & per quæ remedia vacuentur. CAP. 19.

ILlud te profectò non fugit, nos singularum particularum meatus, qui ijs ad superuacuorũ emis
sionem sunt proprij, fluxiles reddere, Intestino, ventriculo, & mesenterio, et concauis iecinoris
intestinum rectum: Renibus, vesicæ, iecinoris gibbis, venæ cauæ, & arteriæ magnæ, & omnibus,
quæ in lumbis habentur, eum, qui vrinis est delegatus: Pulmonibus & pectori ipsam asperã arte
riam & fauces: Cerebro & eius inuolucris eum, qui per palatum & nares descendit. Paritur fluxi
bilitas ijs quidem, quæ per sedem excerni habent, mulsa, & cibis ijs, qui ventrem molliũt, & phar
macis, quę modice proritare possunt. Quæ enim acriora sunt, vitare oportet, qm̃ phlegmonas exa
cerbent. Ad ventriculum vero, iecur, & lienem, siquando phlegmone sint vexata, nec mulsa ipsa
est vtilis, qm̃ illico in bilem transeat, ac viscerum phlegmonas augeat. Excrementa vero, vt cum
vrinis excernantur, ijs medicamẽtis, quæ vrinas mouent, (Diuretica Græci vocant) promouebis: G
Non secus, quæ in pectore & pulmone continentur, tussi (per ea scilicet, quæ hanc moueant,) va
cuabis. Porrò in opere de medicamẽtis cuiusq; materiam didicisti, non eorũ modo, quæ iam com
prehensa sunt, sed etiam, quæ cerebri membranarumq; eius superflua per nares emittunt.

Quo tempore, & qua ratione cataplasmata relaxantia, & balneum ægrotos iuuent. CAP. 20.

ETenim horum quoq; omnium vberem materiæ supellectilem in illis commentarijs habes.
Quare abunde sunt ad rem præsentem, quæ hactenus de phlegmone laborantium partium
differentia disputauimus. Dicturus enim plura de ijs sum in ea methodo, quæ oĩum tumorũ, qui
præter naturã sunt, curationem comprehendet. Neq;.n. in præsentia dedita opera & studio hunc
sermonem sum ingressus, sed præter pensum in eum, sequela quadam rerum inuitante, diuerti.
Siquidem propositum nobis in hoc libro non fuit, vt te partis cuiusq; phlegmone obsesse optimã
curationem docerem, immo vt noxam eorum ostenderem, quibus cataplasmata in febribus non
vacuato prius toto corpore imponuntur: potissimum vbi intra corpus aliquid phlegmone infesta
tur. Quippe, si ambiens ita calet, vt materias valenter liquet, maior noxa eiusmodi cataplasmatis
succedit, ꝙ lotioni in balneo. Quanquam autumant, qui quotidie præcordia perfundunt, & cata
plasmatis inducunt, non modo nullam ex ijs noxam, sed etiam magnam vtilitatem ægris compa- H
rari: contra ex lauando non modo nullam vtilitatem, sed etiam maximum incommodum, scilicet
ignorantes, sicuti reliquorum omniũ, quæ circa ægrum administrant, ita & balneorum naturam.
Ego vero de vniuersa earum vi in superioribus disputaui plenissime. Nunc tantũ dixisse est satis
quibusdam prorsus nihil nociturum balneum: quibusdam minus, ꝙ cataplasmata. Quod enim in
præcordijs relaxantia (quæ isti vocant) præsidia faciunt, id balneum in toto efficit corpore. Eoq;,
cum in remissione febris adhibetur, corpore iã mediocriter transpirante, non exiguum affert com
modum, oĩa ex eo tum fuliginosa excrementa, tum fumida educens. Et, si quidem nullius visceris
imbecillitas subsit, proficiet ægrotanti: si tñ horror inter exhibendũ non incidit. Tribus enim his
in balneo, quod in quacunq; febri adhibebis, intentus sis, oportet: Vni, ꝙ citra horrorem sit admi
nistratum: Secundo, ꝙ nullum primæ notæ viscus sit imbecillum: Tertio, ꝙ multitudo crudorum
humorum in primis venis non contineatur. Horror nanq; (vt prius dictum est) non solum inten
dere iam præsentem febrem potest, sed etiam, cum non fuit, eam interim excitare. Partes vero im
becillæ liquatos iam humores magis recipiunt, ꝙ ante, quàm liquarentur. Crudorum vero humo
rum copia in totum corpus digeritur. Horum si nihil obstet, ex balneis duo hæc ægro compendia
accedant, & ꝙ redundantiæ humorũ aliquid vacuabitur: & ꝙ multum febrilis caloris trãspirabit.

Quòd

A Quòd si, præter ꝙ ꝙ nulla princeps pars imbecilla sit, etiam inferioris notæ partium aliqua sit in
ualida, veluti podagricis pedes, & ijs, qui articulari vitio laborant (Arthriticos Græci vocant) vni
uersi corporis articuli, maxima salutis pars ægro ex balneo comparabitur, ipsis infirmis partibus
quæ superuacua sunt, excipiẽtibus. Assolent enim non nunq̃ & citra balneũ superuacanea in par
tes infirmas confluere. A balneo vero magis, vtpote tum succis ipsis per id liquatis, tum vijs, per
quas meant, patefactis. Ambo.n. hæc ex moderato calore prouenĩt, necesse est, tum vt humores
liquentur, tum viæ dilatentur. Proinde fit, vt, cum iecur, ventriculus, pulmones, pectus, vel prin
cipum id genus partium aliquod imbecillũ sit, maxime lædantur, quicũq; se lauerint, si illis super
uacua in corpore sint, ijdemq; ipsi cataplasmate vsi, duplex incõmodum sentiant, nullo cõmodo.
Quippe balneum tum corpus totum vacuat, tum, quod fumidum est ac fuliginosum, digerit: Re
laxantia cataplasmata, ac similis facultatis perfusiones, vt nihil horum bonorum afferũt, sic super
uacuum omne ad imbecillius, quodcunq; id circa mediũ corpus sit, contrahunt, siue iecur id, siue
ventriculus, siue septum transuersum, siue mesenterion, siue ieiunũ, siue colon, renes ue sit. Quòd
si diligentiam ostentare volentes, etiam pectus vnà excalfaciant, vel in ipsum, vel etiã in cor, vel
in pulmonem superflua rapiẽt. Voco imbecillam partem, vel quæ natura est intemperatior: (alij
B nanq; alia sic se habet) vel quæ ex præcedente aliquo morbo intemperiem contraxit: vel quæ in
præsenti tpe in hanc sit perducta. Non enim partium omniũ, quæ aut phlegmone laborãt, aut pu
trescentes humores, aut obstructiones continent, virtus statim infirma est: promptius tamẽ in ijs
quoq; superuacuum, qualecunq; id sit, in ægram partem propter calorem, quem affectus excitat,
fertur. Quippe particula, quã obstructio, aut putredo, aut phlegmone obsedit, febris ipsius veluti
focus est. Ergo, cum huic propter calorem sua spõte trahenti alia quępiam occasio extrinsecus ex
ijs, quæ potestate excalfaciãt, accesit, necesse est affectum intendi. At vero, siquis, vti prędictum
est, toto corpore prius vacuato, relaxantibus curet, vbi scilicet maxima febris nõ adest, vtiq; pro
desse aliquando potest. Tum vero, ceu dictum etiã est, lauare citra noxam licet. Cauendum tamẽ
† Aɣ. δύσπε- à frigido solio his est: qm̃ & crudi & putrescentes succi, †{minus apti ad exhalandum} redduntur,
πτοι .i. minus apti ad concoctionem. siquis in eo moretur. Sanè officit ijs etiam, si aqua admodum sit frigida: qm̃ sic affectorum tum cor
pus, tum vel maxime afflicta particula difflari euaporariq; postulat. Quo fit, vt vel perfundere il
los aqua idonea soleamus: vel, si moderate, quæ in natatione est, frigeat, ingredi permissos celeri
ter exire iubere. In progressu tñ morbi, quo tempore & absumpta iã superuacua sunt, & tum cru
da tum putrescentia concocta, & cataplasmatis relaxantibus, & balneis sine periculo vtare.

C *Quo pacto ratio victus, æstimato initio ac febris vigore, statuenda sit.* CAP. 21.

POrrò aptissimum in febribus, quæ intermittunt, & repetunt, tempus est, cum, vti dictum est,
exhalare iam cœperit febrilis calor. Statim enim corpus ad nutrimentum præparat, huius
quoq; opportuno tempore ex duplici coniectato respectu, nempe summo præcedentis accessio
nis vigore, & futuræ principio. Ad hæc nanq; spectantes operam dabimus, vt ꝙ longissime ab
vtroq; nutriamus. Ergo, si spatium, quod inter summum prioris accessionis vigorem, et sequẽtis
principium interuenit, satis sit amplum, facile est idoneum tẽpus inuenire: Sin exiguum id fuerit,
alterum facias, necesse est, vt aut ægrum admodum adhuc calentem nutrias, aut sequentis acces
sionis inuasione iamiam affutura. Quo magis præsagio medici eiusmodi febris indiget, qui pri
mis statim diebus, quanto spatio duratura febris sit, coniiciet. Quippe, si cõtinens fuerit, consiat
* συνεχής. i. cõ breui finiendam. Si itaq; vltra septimum progressura non videbitur, prorsus continendus à cibo
tinua, é in cod. græcis. σύνοχος ægер est: vtiq; si virtutem non defecturam coniicimus. Sin ad nonum, aut vndecimum, aut quar
legit Linacer. tumdecimum vsq; progressura videtur, aut etiam in septimo finienda, cæterum æger vires infir
miores habere, ꝙ vt in tantum tempus sufficiat, necessum erit nutrire: ac deligere, sicut in re anci
piti cõuenit, quod minus sit noxium, distinguendo id discernendoq; ab eo, quod magis sit noci
D turum, idq; tum ex loco afflicto vnà cum affectu, tum accessionis & principij & summi ẽt vigoris
cõsuetudine. Siquidem, vbi vel iecur vel vẽtriculum phlegmone prehendit, pernicioſissimum
* ἤθει .i. more, quẽadmodum inferius vertit. est ante accessionem cibare: Vbi hæc abest, quibus infirma est virtus, vtilissimum. Assolent enim
eos, qui ita se habent, iecinore quidem afflicto, alui deiectiones vnà cum accessionibus inuadere:
ore autem ventriculi vexato, syncope. In alijs vero animalis instrumentis, quod iam dictis por
tione respondeat, tum ex situs eorum ratione, tum dignitatis æstimabis. Ageturq; de ipsis post
modum. At summi vigoris & accessionis principij morem sic consideres, censeo. In summo vigo
re notabis, an citra magnitudinem febrilis caloris siccus sit & squallẽs, an citra squallorem vrens.
Priorem nanq; humectante victu madefacere ꝙ primum oportet: In secundo, dum plurimum ca
loris se remittat, expectare. In principij vero accessionis more æstimabis, an corporis extrema per
frigeret, & magnam sanguinis reuocationem ad interiora corporis faciat: an omnino corpus non
premat: Quippe secundum hoc, ceu facile mansuetum uel contrẽnes: In priore distinguas, opor
tet. Nam si absq; viscerisphlegmone, aut succorum redundantia, motus ad interiora in accessio
nibus pollet, nihil offendes paulo ante cibans: Sin vel phlegmone, vel redundantia subsit, cauen
da est ante accessionem cibatio, ceu res maxime noxia.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER DVODECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Symptomata, quæcunq; insigniora sunt ad euertendas vires, ac cum febribus inuadunt, curare docet.

Quo pacto aduersus symptomata pugnandum pro ratione noxæ, quam viribus inferunt. CAP. I.

On sunt, sicut non nulli autumant, eæ, quę cum symptomatis cõsistunt, febres, aut febrium genus vllum, aut species differẽtia ue: sed, veluti tum alius morbus alij morbo, tum symptoma symptomati vno tempore, eodem in corpore copulatur, sic & cum febre incidunt quædam grauiora symptomata, quibus prospici maiore medentis solicitudine debet. Nam de leuioribus, quæ febrium generationi necessario succedunt, adeo oĩno non meminerunt, vt etiã, ceu prorsus non sint, innominata ea reliquerint. At, quæ vel rarenter febricitãtibus incidunt, vel cõmunem magnitudinem excedunt, seorsum ab alijs tradenda censent. Sunt porrò eorum primę differentiæ tres. Aut. n. in actionũ offensa consistunt: aut in retentorũ vacuatorum ue immodico excessu: aut corporũ ipsorum affectu. Quartum enim genus numerandum inter symptomata nõ est, etiam si inter symptomata q̃ maxime non pauci id posuere, sicut erysipelata, ophthalmias, vlcera, parotidas, reliquaq; id genus. Ex prædictis vero tribus actionum quidem offensæ si contristant, solicitudinem medici ad se conuertunt, affectumq; deserere cogunt. Idem faciũt & eorum, quæ retinentur vel expelluntur, excessus. At genus symptomatum, quod in affectibus consistit, alterius quidem, quem curare oportet, affectus est signum: ipsum tũ nullam seorsum curationem exigit, vtpote cũ affectu, vnde nascit, vnà cessans. Vt enim in summa dicã, nullũ symptoma, qua symptoma est, nec curationis rationem indicat, nec primũ immutat. Monstratũ enim est ex morbis ipsis curationis indicationẽ præstari, veluti ex causis ipsis prouidentiæ. Dictũ præterea est, & quomodo prouisio ipsa cum medendo simul sit mista. Ex accidenti tĩ symptomata quoq; curandi rationem aliq̃n mutant, causæ scilicet locum eo tpe habentia. Eorum omniũ, cum, veluti causæ, curationem immutant, vnum caput est. Dico id vnum lęsionem, siue ea ipsius virtutis sit, siue affectionis: q̃n, si nihil ijs officiant, curationem non interpellant. Lædunt autẽ vires vigiliæ, dolor, & immodica vacuatio. Affectui vero eadem non vtiq; semper, cæterum magna ex parte nocent, ac potissimum cum fuerint immodica. Ob hæc igitur sola, curandi ratione, quam ab initio instituera mus, ad præsens mutata, symptoma submouere primum cogimur. Ergo, si resoluantur vires, non tĩ vehementer sunt iam resolutæ, sed adhuc resistunt, ad symptoma tantũ sumus attenti, atq; id, q̃ primum submouere maturamus. Sin iam resolutæ vehementer vires sunt, non modo symptoma sedare, sed etiam illas firmare properamus. Quòd si vno remedio tum symptoma leniri, tum morbus curari queat, id vtiq; non fuerit symptoma respicere, aut symptomatis causa remedia sumere: sed oĩs eiusmodi auxiliorum species planè morbi curatio est. Neq; enim, cum lateris dolorem in pleuritide, misso sanguine, vel corpore purgato, sanamus: nec, cum abscessum distentum & cum dolore pulsantem diuidimus, ac pus emittimus, eiusmodi curatio symptomatis est, sed cum, exempli gratia, in dysentericorum deiectionibus, vbi vehementer rodunt, vel tragi succum, vel hirci num seuum, vel rosaceum ceratum per inferius indimus: quibus vtiq; præsidijs ipsa exulceratio intestinorum non sanatur, maxime si putredinosum aliquid habeant: sed vires interim conquiescunt. Atq; id est contra symptoma instare, morbo ad id tempus neglecto. Quippe, vbi virium roboris fiducia est, adeo nunquam contra symptoma pugnamus, vt contra prorsus per ea non nunq̃ præsidia, quæ dolorem afferunt, morbos ipsos curemus: veluti profectò dysenteriæ ipsi mordentibus maxime medicamentis tum potissimum medemur, cum vtiq; est grauissima. Quippe medicus quidam quinquagenarius, cum iam septimam noctem ægrotaret, nec viribus admodum valentibus esset, dolore illi capitis vehementi in dextro potissimum tempore oborto, non expectans, dum amicorum quispiam ad se veniret, sibi ipsi nocte venam incidit. Itaq; dolor illi protinus conquieuit: cæterum longo tempore tum decolor, tum viribus imbecillis, tum exilis mansit, aliq; corpus eius desiit (Atrophian Græci vocant) sic, vt vix pristinum habitum receperit. Est porrò hic quoq; duplex medicorum contra dolorẽ instantium ratio: Altera, qua delicijs cubantiũ subscribunt: altera ex artis ratione. Quippe, si licet ægrum doloribus obnitentẽ valentibus remedijs vno die persanari, qui tota neglecta curatione dolori tm̃ est intentus, non id ex artis ratione, sed in ægrotãtis gratiam facit. At, si ex dolore vires resoluuntur, atq; ex eo periculum impendet, & mitigari

A & mitigari dolor, & roborari vires debebunt: quò & morbo resistere, & curationis spatio sufficere valeant. Equidem noui quosdam tum medicos, tum ægros, qui, dum animosi videri volebant, ob id ipsum perierunt, q̃ fortiter ac viriliter contra dolorem semper sunt renixi, nec, quod eum leniret, quicq̃ ceperunt, sed in asperis & (vt ipsi interpretabantur) affectum destruentibus auxilijs perseuerarunt. Quos sanè spatio longiore curatos esse satius fuisset, q̃ breui viriliter mori. Quidã autẽ (vt sibi est visus) generose dysentericos vehementissimo medicamento curans, multos vno sanauit die, quosdam vero iugulauit. Erat nanq; eius medicandi ratio eiusmodi. Cæpas id genus, quod Græci Carton vocant, vno die comedendas cum pane dabat, tum potum parcum: postridie mane muriam acerrimam per inferiora infundebat: secundum hanc etiam pharmacum validum. His igitur tolerandis quicunq; sufficere potuerunt, prorsus sunt sanati: aliqui vero conuulsione, aut aiæ ex dolore defectu vnà cum madore cutis oborto interiere. Esto igitur terminus in ægrotantibus, quem non transibit is, qui ex arte generose cõtra morbum pugnat, vt tutò medicetur: Ei vero, qui dolorẽ mitigat, vt vires custodiat: Vbi vltra pergitur, crũdelis hois officiũ facit, qui vnà cum morbo vitã quoq; homini aufert: Qui vero cubantis delicijs subscribit, eiusq; voluptatẽ non sanitatem pro meta gerendorum habet, adulatoris. Committũt medici eiusmodi excessus cum in

* σχαιοῦ

B alijs quoq; remediorum generibus non paucis, tum vel maxime in ijs vocatis anodynis, quæ ex papaueris succo, vel alterci semine, vel mandragorę radice, vel styrace, vel tali quopiam fiunt. Nã, & qui ægris gratificantur, in eorũ medicamentorũ vsu modum excedunt: & qui intempestiue im modiceq; sunt animosi, dum prorsus horũ vsum refugiunt, doloribus ægros iugulãt. Ergo, veluti in omni totius vitæ tum habitudine, tũ actione, ita hic quoq; consiliũ illud sapientis, qui, Nequid nimis, dixit, cõplectemur, habẽtes pro fine, quò tendamus, cubantis vtilitatẽ. Quippe, si fas est ijs remedijs, quæ morbum sanent, vtendo, quod optamus, efficere, abstinendũ ab sopientibus medicamentis est, quæ vocant Anodyna. Sin ex vigilijs, & viribus resoluendis, ad mortis discrimen æger tendat, tum profectò tẽpestiue eiusmodi medicamentis vtare, scilicet non ignarus corporis habitum nõ nihil ex his lædendũ, læsionem tĩ, quàm mortem, potius eligendã. Nam, si hæc admodum magna non sit, saltẽ postea spatio longiore eã sarcire licebit. Sin ita est immodica, vt nec prolixo spatio persanari queat, at certe hanc ipsam eligendã potius remur, q̃ vt homo pereat. Hac nimirum persuasione ipse quoq;, tametsi oĩum maxime ab vsu grauiter sopiẽtium abhorrens, aliq̃n tĩ ea & colicis exhibeo, & ijs, qui vel oculorũ, vel aurium, vel aliarũ partiũ vehemẽtissimo dolore cruciantur. Interim vero, & cũ æger ex tenui destillatione, vigilijs, & vehementi tussi vrget, pau-

C xillulum eiusmodi medicamenti offero, facile noxam eius, si quis semel est vsus, spatio emẽdatum iri ratus. Porrò dissident inter se ipsa medicamẽta. Quippe, quę plurimum sopientum in se habẽt, ea ad præsens quidem magis sunt efficacia, cæterum valentem, & remedijs rebellem in ægrotãtis corpore frigiditatem relinquunt: Quæ horum in se habent minus, calfacientium vero sibi admistorum plurimum, ea, quanto sunt ad præsens minus efficacia, tãto in futurum minus sunt noxia. Omnia tĩ id genus magis sunt salubria, si post annum à compositione sumantur, veluti quod ad Philonem referunt authorem: quod ad dolores sedandos sensum stupefaciendo nullo minus est celebre. Sunt sanè & alia medicamenta non pauca ex seminibus confecta, græce Diaspermatõn & Trigõna nominata, quæ, licut ad torporem in præsens inducẽdum mitiora, ita in futurum sunt tutiora: atq; hæc quoq; oĩa vtilius annotina sumuntur. Philonis vero medicamen, etiam si duorũ, triũ'ue, aut quatuor annorum sit, multo sanè est melius, sed nec inutile tamen sequẽtibus annis ad decimũ vsq;. Quod enim vltra inueterauit, tanto quidẽ est minus noxiũ, quanto est vetustius: cæterum languidis est viribus, eoq; parum nauiter, cuius gratia paratum est, perficit. Ergo, sicuti

D cauendus est, quoad fieri potest, eiusmodi medicamentorũ vsus, ita, si necessitas vrget, nec admodum noua sunt offerenda, q̃ frigida, quæ in his sunt, prævalentes vires adhuc habeant: nec ita anti qua, vt spem nostrã frustrentur: sed, vti cõprehensum est, tandiu dimittenda sunt, quoad violentia refrigerantium, ab eorum, quæ calefaciunt, vi mitigetur. Et talium quidem medicamentorũ vsus, eorum, qui aduersus symptoma pugnant, est proprius, potissimum vbi ex frigida causa dolor est excitatus: obsunt enim talia plurimum toti affectui, ac curationi contumacem eum reddunt.

Inter remedia quædam vnà cum affectu, cui adhibentur, quædam seorsum symptomata curare. CAP. 2.

AT sanguinis missio, quæ scilicet vires non deijcit, symptoma spectantis medici, opus non est, sed eius, qui totum affectum adimere studet. Ad eundem modum & balneum, & purgatio, & fomenta calida, & vini potio. Quorum omnium Hippocrates in aphorismis, vbi de oculis

« dolentibus loquitur, his verbis meminit: Oculorum dolores meri potio, lauatio, fomentum cali-

« dum, venæ sectio, vel purgatio soluit. Hęc nanq; oĩa, dum affectus sanant, vnà etiam cum ipsis dolores sedant. Eodem modo nutrimentum, (vt in superioribus est dictum) vbi in sicco & squallente cõrpore, stomacho laborante exhibetur, dum affectum ipsum sanat, etiam syncope prehendi prohibet. At nõ ea, quæ ex redundantia frigidorum humorum incidit, siue exolutio, siue stoma-

* ἀΡ. νοσήματι .i. morbo.

chi syncope est, alimentum ceu medicamen desiderat: quanquã etiam in eiusmodi affectibus non solum nutrimentum, sed etiam vini aliquid non raro ægrotanti dare cogimur, non vtiq; quòd affectum

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ctum curemus, sed quò periculum in præsens depellamus. Quippe vacuatio potius, ꝙ̃ adiectio, E
est hoc genere laborantium curatio. Licetq; quotidie videre sic ægrotantium plurimos, medicorum ignorantia perditos. De quibus agere nunc mihi tempestiuum videtur.

De curandis ijs, qui ex summa crudorum succorum copia febricitantes, syncope facillime corripiuntur. CAP. 3.

ERgo febricitare incipiunt non nulli, vbi maximam crudorum succorum copiam vnà cum oris ventriculi (quod sanè stomachum vocant,) offensione, vel ex cruditatibus, vel alia quapiam occasione congesserunt. His & præcordia inflata, & totum corpus ampliore mole, ꝙ̃ pro naturæ modo, cernitur: tum color alijs quidem ad albidius, ꝙ̃ pro naturali habitu, & † intercute aqua laborantium magis simile, ⁊ est mutatus: non nullis etiam ad nigrius, aut liuidius: quos quidem medici plumbei coloris appellant. Omnibus pulsus minores sunt, ꝙ̃ pro caloris ratione: præterea obscuri omninoq; inæquales: sæpe ea inæqualitate, quam Systematicen Græci vocant: semper vero ea, quæ in vno est ictu. Nulli talium sanguis mitti sine maximo dispendio solet, cum tamen vacuationem desiderent: verum nec sanguinis missionem, nec purgationẽ sustinent, vtpote quos sine his syncope subito adoritur. Quenam igitur est ratio talibus medendi, qui, cum vacuari postulent, vacuantia præsidia non ferunt? Sanè nullam aliam his ⁊idoneam⁊ vacuationẽ inueni, F
præter eam, quæ ex frictione paratur. Incipere vero in principio statim morbi oportet, ac primum à cruribus, superne deorsum, idq; linteis non admodum mollibus, sed aspredinis mediocre quid habentibus. Debet enim radi ab his cutis, cum simul & calefieri per eam & digeri ægrotus postulet. Dehinc tota brachia, ab humeris vsq;, superne deorsum simili modo sunt fricanda. Vbi vero artus omnes abunde calere videbuntur, & metus fuerit, nequis ex multitudine frictionis contusa iam carne, lassitudinis sensus ipsis superueniat, oleo relaxante vteris: quod genus est Sabinum. ab adstringente vero abstinebis: cuiusmodi Hispanum est, Histricumq;, & quod vnà cũ gẽrminibus vel ex oliua adhuc immatura conficitur. Hyems vero si fuerit, nihilo deterius sit, si ad digerẽtium aliquod transieris: cuiusmodi Sicyonium est, aut quod cum chamæmelo cõponitur, ⁊aut⁊ quod apud Ægyptios est in pretio. Quòd si horum copia non sit, oportebit accepto relaxantium oleorum aliquo, & in quo nulla sit adstrictio, potissimumq; quod est antiquius, immittere ipsi anethi, quod videbitur satis. Mox, (vt ipsi solemus) vbi in vase duplici tantisper calfeceris, dum mediocriter qualitatem herbæ imbiberit, vngere hoc artus, & fricare tunc quoq; ꝙ̃ plurimum debebis: postea oleum, qm̃ tædium afferat, detergere, atq; ad spinã dorsi transire, hancq; totam pariter fricare, primum sicca frictione, post oleo. Ab hac rursus ad crura te conferes, & ab his ad brachia, exin de- G
nuo ad spinam, ita totum agens diem in domo puræ lucis, nec madente. Esto eius domus & calor media temperie. Sanè mulsa, in qua coctum hyssopum fuit, his est aptissima. Seruandumq;, ne vel cibum, vel sorbitionem, vel aquam exhibeas, vel omnino liberaliter bibere sinas, nisi mulsa tribus primis diebus dumtaxat vti, ipse, quas dixi, partes ordine fricãs, eoq; solum tempore intermittẽs, quo somnus hominem occupauerit. Ad quem etiam alliciendum, & frictio vberior facit: itaq; vel hoc nomine vtile præsidium fuerit, nedum quòd vacuet. At vero nec vberior somnus his est salutaris: cum nec crudos succos digeri sinat, & viscera grauiora reddat. Sed, siquis alius affectus est, qui somnum & vigilias modicas desideret, hic profectò in his est. Quippe somnus concoquit: Vigiliæ digerunt. Quorum vtroq; est opus ijs, qui ex multitudine crudorum succorum ægrotãt. Ergo inuicem mediocriter adhibiti, iuuare se mutuo vtiliter poterunt. Atq;, si pulsus his paruus admodum infirmusq; sit, aut etiam supra hæc vehementer inæqualis, scire licet extremum periculum esse: faciendaq; tĩ nobis, quæ retuli sunt, nec aliud quicq̃ moliendum. Sin pulsus robore medio cri sit ac magnitudine, præterea minime intercisus, & æqualis, consldera, quæ ad aluum spectant: ac, si sua sponte commode nõ deijciat, audacter per inferius aliquid infundes. Accidit nanq; post aquam mulsam, vt, quæ in primis venis, quæ scilicet circa iecur & mesenterium sunt, colligi super H
uacua solent, hac cõmode deijciantur. Quòd si maior iusto superfluorum impetus ad aluum citeĩ, principio quidem percoquere mulsam amplius oportebit: Ea nãq;, sicut minus aluum subducit, ita magis nutrit: Contra cruda, vt minus nutrit, sic magis subducit. Post hæc, si superuacua largius descendant, ne sic quidem sistenda, sed exhibendus pro aqua mulsa ptisanæ cremor est. Si vero fluere pergant, alicæ sorbitione nutries, pulsuum interim ratione obseruata. Aliquando enim subito ad imbecillitatem, vel inæqualitatem, vel paruitatem mutantur. Quo tempore panem ex vino diluto exhibere conueniet, vtiq;, si nec ventriculus, nec iecur phlegmone laboret: quãdo, si hac infestentur iam corpore crudis succis referto, planè desperata salus ægro est, pulsibus sic mutatis. Ergo in eiusmodi ægri casu ipsum à culpa immunem præstabis, si moriturum prædixeris, ac nullo generosiore medicamento vsus fueris. Quibus vero spes est salutis (est autem omnibus, qui ita citra phlegmonen ægrotant) maximum medico, qui vtiq; ipsos in principio susceperit, videtur mihi dedecus esse, si in syncopen inciderint: quanq̃ per inscitiam medicorum quotidie id fieri cernitur. Verum non est, ꝙ hos spectemus, aut cum his nosmet conferamus, sed cum eo, qui, cũ re vera peritus in arte sit, fœdum puter ægrum † animo exemplo linqui, ⁊ ipso nec symptoma prædicente, nec ad id præparato, aut idem prohibente. Sanè dictum à me etiam in superioribus est, qui cata

plasmatis

† ὑδαλεώτερον .i. aquosius.

*libro superiore vertit frondes.

† Syncope exẽplo deprehendi Inter syncopen aũt & λειποψυχιαν differẽtia est, vt inferius patebit cap. 5.

A plasmatis & perfusionibus assidue præcordia vexant, ipsos in eiusmodi affectibus phlegmonas accersere. Minime igitur est his vtendũ prius, ꝙ̃ superuacua magna ex parte partim concocta: tum vero etiam his vtaris, licet, non tĩ dumtaxat relaxans, sed ex absinthio mediocriter perfundens: si tĩ febris non planè sit magna. Si vero medicanti tibi tres primos dies, vt dictum est, nihil occurrat incommodum, ijsdem ipsis vteris vsq; ad septimũ, aqua dumtaxat mulsa, in qua incoctum hyssopum sit, contentus. Siquidem longissimam, qui ita sunt affecti, cibi abstinentiam ferunt, corpore scilicet ex crudis ipsis, quos continet, succis concoquendis alto. Quòd si non modo crudi succi sint, sed etiam eò corruptionis peruenerint, vt concoqui ad perfectionem non queant, qui sic ægrotant, eorum desperata est salus. Sed qui, si nullus præsertim committatur error, seruari possunt, ij aqua solum mulsa ad septimum vsq; sunt nutriẽdi: aut, si cubi id res exigat, vel aluo fluente, vel ægro mulsam fastidiente, ad ptisanæ cremorem est transeundum. Sin hunc quoq; auersetur, alica ad eũdem, quo ptisana, modum ei præparabitur. Neq; enim ijs, qui ita sunt affecti, acetum incõmodum est: immo, si cubi crudos affatim succos esse animaduerteris, oxymeli pro mulsa exhibere assidue debebis. Quôd si huius assiduus vsus tædio esse cœperit, transire inuicem ad mulsam & ptisanã conueniet: dein rursus ad oxymeli reuerti. Maxime vero, quibus tum
B paruus, tũ tardus ac rarus pulsus est, ijs frigidos subesse succos putãdum. Iisdem protinus & color vitiatus in toto corpore manifeste cernitur: qualis nimirum prius est traditus. Sed fieri fortasse, quod dictum est, non posse cuipiam videatur, cum nulli febricitantium aut tardior, aut rarior pulsus fiat. Cæterum duplici ratione verum esse, quod dictum est, comperietur: Vna, ꝙ etiidenter in accessionibus appareat & tardiores & rariores, ꝙ̃ pro naturali ipsorum habitu, pulsus fieri: Altera, ꝙ reliquis præter accessionem temporibus, horum arteriæ tum rarius, tum tardius, ꝙ̃ aliorũ quorumuis qualitercunq; febricitantium, pulsant. Ergo, si æstas sit, & æger frigidæ potioni assuetus, frigidum huic oxymeli dabis: Sin hyems sit, omnibus calidum, tum ijs, qui calidæ, tum ijs, qui frigidæ insueuerunt, offeres, æque vt, si immodicus æstatis tempore æstus sit, etiã ijs, qui calidæ assueti sunt, frigidum: vtiq; si nullum sit ijs viscus ad iniuriam opportunum. Sanè propolitis aduersissima sunt tum balneum, tum aer ambiens, quoties vel nimium calidus est, vel frigidus. Itaq;, vt lauandi hi non sunt, sic & reclinandi in domo sunt, æstate quidem, quæ frigeat: hyeme, quæ caleat. Læduntur nanq; non parum ab vtroq; excessu, videlicet in balneo, æstate, & omni caloris incremento crudis humoribus liquatis, ac per omnes corporis partes fluentibus ita, vt metuẽdum sit, ne ad pulmones & cor ferantur: aliquando etiam ne ad cerebrum subeant: cum longe præstet, vt
C circa iecur & primas venas adhuc ipsis subsistant. In domo vero immodice frigida, & hyeme, & denicq; ambiente frigido succi, q ui crudi sunt, & inepti ad concoquendum manent, & iecinoris obstructiones, si leues sunt, augent: si nullæ sunt, eas crassitudine sua hærentes impactiq; creant. atq; hæc quidem agenda sunt, vbi à primo die ipse curationem susceperis. Si autem ad eos, quos syncope iam premit, sis accitus, si ea, quæ retuli, loca phlegmone vacent, panẽ exhibebis non multum, huncq; ex vino aliquo, quod celerem in corpus digestionem adiuuet: statimq; ad frictiones venies: quas etiam pro tradito iam modo administrabis. Ac, siquidem æstas sit, et regio naturaliter calens & æstuans, aut status cœli vehementer calidus, cum frigida vinum dabis: si nihil eiusmodi sit, cum calida. Quæ tamen secundo & tertio dabitur potio, omnino calidam exhibẽdam curabis. Quippe ad vniuersam eam curationem, cuius gratia frictiones adhibuimus, calidum præstat, vtpote crudorum succorum concoctionem adiuuans.

De curanda syncope, quæ oritur ex flaua bile, ac de natura vinorum, quæ curandis syncopis conueniunt. CAP. 4.

AT, quibus ex flaua bili, quæ os ventriculi infestet, syncope incidit, ijs frigida exhibenda po-
D tio est. Vinum tamen, quod & calidum natura sit, & deductionem in corpus promoueat, omnibus, quos syncope male habet, offerre conueniet: distribui nanq; per corpus nutrimentum, quod sumptum est, non in ventre manere volumus. Constat autem ex vinis ea deligenda esse, quæ & flauo sint colore, & substantia tenui, & ætate vetera: talia nimirum & boni odoris contiuo fuerint. Quinetiam ipse, si paululum, vbi mista sint, gustes, senties calorem per totum corpus transmitti. Cæterum amara præ vetustate vina ne sunto, præsertim quæ ijs exhibebis, quorum stomachus flaua bili vrgetur. Talia nanq; simul laudabilem ac nutrientem vini succum tam amiserunt: simul, iniucunda cum sint, hoc ipso stomachum offendunt. Commodissima igitur his vina sunt, quæ, cum naturaliter austera sint, sensilem iam adstringendi vim propter vetustatem non amplius exhibent: calorem tamen admodum euidentem habent: omnia enim, quæ requirimus, in ijs, quorum stomachus amara bili vexatur, efficient, cum & iucunde sumantur, & tum ad concoctionem, tum ad digestionem in corpus etiam faciant: & succi vitium mitigent: & corporis habitum excalfaciant: & stomachum ipsum firment. Huiusce generis vinorum optima sunt Surrentinum, Signinum, Sabinum, Tiburtinum, Marsum, omnia quidem Italica, & adstringentia, non tamen pari modo omnia. Nam Surrentinum, cum mediocriter adstringat, tum calidius cæteris, tum iucundius est: Ab hoc nobile Tiburtinum: Est enim & aliud quoddam imbecillum Tiburtinum: quod etiam, sicut Sabinum, leuiter potest adstringere: Signinum vero austerius est: sicut

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

etiam Signino multo magis Marsum. Hæc omnia vina stomacho, qui amara vexatur bili, salu- E
bria sunt. Ideoq; illis vtēdum, quoties is vel ex ardenti febri offensus syncopen attulerit, vel aliàs multa in eum bilis fluxerit, vel multam imbiberit. Quibus tamen ex crudis humoribus syncopes periculum imminet, sanè Falernum tanto iam memoratis præstat, quanto tum melioris est succi, tum etiam calidius: vtpote quod & velocius illis per corpus digeretur, & crudis succis cōcoquendis auxilio erit. Quæ cum dictorum singula, aliud magis, aliud minus, faciant, omnia tamen Falerna magis stomachum roborant. At, quoniam ipsorum Falernorum aliud dulce admodum est, (quod Faustianum vocant): aliud, si cum hoc conferas, austerum: si cum Signino & Marso, dulce, deligendum ad talia secundum est. Si vero cubans per sanitatem dulcibus vinis insueuit, huic nihil prohibet dulcius Falernum exhibere. Verum in Asia, & Græcia, & nationibus, quæ his sunt vicinæ, vbi copia iam dictorum vinorum aliquando non est, ex ijs, quę illæ regiones suppeditant, aptissima ad digestionem in corpus sunt Ariusium & Lesbium: Hoc quidem, veluti ex ipso nomine patet, in Lesbo natum: Ariusium locis quibusdam in Chio prouenit. Cum vero tria sint in Lesbo oppida, minus certe tum odorum, tum dulce in Mitylene gignitur: magis & odoratum & dulce in Eresso, dein in Methymna. Porrò sumenda ex his, † quę aparachyta sunt: ita enim nomi- † Hæc erant in cod. græcis.
nant ea, quibus marina aqua admista nō est, ratis maximum futurum incommodum ex ijs, qui- F
bus est admista. Alioqui nec assolent in Lesbo nobilibus vinis, de quibus nunc agitur, marinam aquam immittere: veluti nec Ariusio in Chio. Prouenit & in Hellesponti Mysia vinum Surrentino non absimile: Mysinum per eminentiam vocant. Hæc omnia vina flaua & odora sunt, & con- * Al. Mysium
sistentia, quæ inter aquosa crassaq; sit media. A quosæ porrò consistentiæ sunt, Adrianum, & Sabinum, & Albanum, & Gaurianum, & Thuscum, & Neapolitanum Aminæum, quod scilicet in locis Neapoli vicinis gignitur; vnde etiam ita id nominant. In Asia vero & Tibecinum, & Titacazenum, & tertium ab ijs Arsyinum. Contra vero crassa sunt, veluti Siræon, ideſt sapa, quod apud nos hepsema nominant, & Scybellites, & Theræum, & Albates. In Asia vero Ægeates, & Perperinum. Ergo, quibus ex abundantia crudorum humorum syncope incidit, ijs crassa vina ceu noxia, aquosa ceu parum efficacia, sunt fugienda. Deligenda vero eorum sunt media, quæq;, vt prædictum est, flaua sint & calida. Neq; enim inuenias ex albo vinorum genere calidum vllum: quando et austera, & mediocriter alba, cum inueterauerint, fuluiora quodammodo reddantur. Quòd si aliter nominare fuluum colorem velis, licet, voces igneum pallens. Quotquot autē in ipsis calidissima sunt, omnia certe flaua sunt: cuiusmodi in Italia est Cæcubum. Quod ēt vnum quoddam genus eiusmodi vinorum ab initio, sicut aliqui putant, non est, verum ex vetustate eò peruenit, vt G
igneum colorem contrahat: vnde ipsum quoq; nomen est sortitum. Non tñ eò omnia perueniūt: cum prius crassentur, cp in perlucido flauorem accipiāt. Reliquorū vini generum, austerorū, quę mediocriter alba crassaq; sunt, certe nullum ad digestionem in corpus est idoneum. Si tamē abunde inueterauerint, nec aliorum copia sit, vti illis licebit. Sunt vero eiusmodi omnia, cum inueterauerint, stomacho vtilia. Quò vero habeas horum quoq; exemplū, tum eius, quod ex Nicomedia affertur, memineris, velim, quod omnibus hominibus est notum: tum Siculi Aminæi, quod in magnis reponitur fictilibus. Quod enim in paruis seruatur lagunculis, maxime huic est contrarium, cum & malum stomacho sit, & capitis dolorem excitet. Ac semper quidē est id agendum, vt optimum eligas. Si id non est, quod illi pro iam comprehensis notis est quàm simillimum. Aptissima nāq; ad deductionem in corpus sunt Ariusium, & Lesbium. Sed, si ea desint, simusq; in Asia, aut Aphrodisiense petemus, aut austerum Tmoliten, aut aliquod his similium, quod & colore sit fuluum, & ilico, cum bibitur, manifeste excalfaciat. Considerādum vero ante omnia est, qualis nam ægrotantis natura sit. Nam, si imbecillum illi caput est, & quod facile calidis vinis impleatur, quæ minus calida sint, potius sunt offerenda: Sin firmo admodū capite est, & talibus vinis delectatur, H
aut etiam citra noxam ea ferre est solitus, haud timide his vtetur. Porrò vina, quæ odora fuluaq; sunt, quantum ex ipsorum est natura, omnia caput grauant. Eoq; tum Falernum, tum Tmolites, tum Lesbium infirmo capiti noxia sunt. Qualis autem in Falernis tradita nobis differentia est, talis profectò & in Tmolitis habetur. Alterum enim admodum est dulce: alterum austerum, si cum illo conferatur. Calida tamen admodum ambo sunt, eoq; caput grauantia. Austera vina ventriculum roborant, caputq; inter oīa vina minime tentant. Cæterum digestionem in corpus non promouent: quo magis fugienda tibi in syncope prehensis sunt non secus, cp aqua. Habile vero ad facilem in corpus deductionē, & Hippodamantium, cum inueterauit, est, ipsum quoq; ex ea specie, cuius tum dulce Falernū est, tum vero Tmolites. Ineſt huic & adstrictio manifesta, quæ tñ in neutro illorū est. Itaq; etiam salubrius stomacho est. In penuria vero vini, quod accommodum vtriq; syncopę sit, ei inquā, quæ ex multitudine crudi succi oritur, & ei, quæ ex bili incidit, coactus prorsus vino vti, fugere (vt prædiximus) oportebit oīa tum austera, tū noua, itemq; crassa: deligere vero aquosa, magisq; si sint antiqua. Talia nanq;, tametsi non valenter excalfaciunt, tamen facile in omne corpus deducuntur. Proinde, cum celeritas digestionis in corpus sit his cum fuluis communis, differentia rursus in his erit, q cōcoctioni, quæ vel in ventriculo, vel venis agitur, fulua magis conducunt propterea, q magis excalfaciunt. Præterea mistibiliā sunt, & nutrientia: eoq; ad succi bonitatē * ἐπικρασιν

A ci bonitatem opportuna vtilia'ue. Quorum omnium nihil ī aquosis vinis est. Minimum enim ex horum substātia in sanguinis mutatur speciem. Sed, cum fulua caput feriant, quæ aquosiora sunt, nusq; id contristant: Vrinas aūt præter cætera vina mouent. A quibus fm locum obtinēt, quæcūq; fuluorum maxime sunt tenuia: quæ ēt ad syncopas potissimum sunt deligenda. Tardius his deducuntur in corpus, quæ fulua sunt, & crassa: quanq; ea quoq; austeris omnibus magis sunt penetrabilia. At vero nutriunt hæc magis, q tenuia, ac vitiosos succos omnium vinorum celerrime, bono sanguine generando, corrigunt. Ergo institutum sermonem denuo repetamus.

De affectibus tum in spiritu, tum in partibus corporis, quibus vires læduntur, & syncope exoritur, removendis. CAP. 5.

† corrumpant. Q Vòd syncope præceps virium lapsus sit, id ab alijs ante me dictum est. Sed, cum essentia virium, quibus regitur corpus, tum in spiritu, tum in solidorum corporum temperamēto consistat, hæc nobis, & vbi integra sunt, seruari: & vbi † corrupta sunt, ad integrum reuocari omnino debent. Ac, quemadmodum tueri ea per sanitatem conueniat, in opere de tuenda sanitate est præceptum. Quemadmodum vero & in morbis, traditum iam aliquatenus, & in præcedentibus commentarijs est. Non tamē adhuc res tota ad talem, qualem exigit, cōtemplationem
* σύνοψιν B est perducta: nec talem methodum habuit, qualem priora. Quod igitur deest, id nunc adijciamus. Spiritus substantia vnà cum solidis corporibus sic nobis custodienda in morbis sunt, vt tum qualitate, tum quantitate, quoad fieri licet, naturaliter se habeant. Ac, si quidem sic prospici his posset, vt nec substantiæ eorum quicq; aut vacuaretur, aut prorsus immutaretur, id esset optimum. Sed, quoniam in commentarijs de sanitate tuenda ostendimus fieri non posse, vt id generabili corpori vnquam contingat, id agendum est, vt, quę substantiæ portio defluit, hanc apponendo farciamus: quod alterascit, in debitam temperiem per contrariam alterationem vindicemus. Si igitur tum vacuatio, tum alteratio sensim paulatimq; fiant, etiam correctio vtriusque sensim administrabitur. quod munus ad artem sanitatis tuendæ spectare est monstratum. Sin cōfertim & semel ac magna aliquando vacuatio, vel etiam adiectio incidat, & morbus ita efficiatur, et medendi methodum ad eorum sanationem requiremus. Veluti enim mutationem in non naturalem habitum, quæ sensim paulatimq; irrepit, corrigere, sanitatis tuendæ artis sunt partes, ita eam, quę multa simul irruit, farcire, ad medendi peritiam spectat. Ergo animalis spiritus cerebrum veluti fontem esse, clare ostendimus: qui partim ex inspirando, partim ex eo, quod reticularis plexus suppeditat, irrigatur atq; alitur. Vitalis spiritus non æque euidens demonstratio erat. Sed tamen in corde eum & arteC
rijs contineri existimare, alienum à ratione non est: eundemq; nutritum maxime quidem ex respiratione, sed tamen & ex sanguine. Quòd si naturalis quoque aliquis spiritus est, vtiq; his quoque in iecinore & venis continebitur. Sanè dictum fusissime de virium essentia est in libris, quos de Hippocratis & Platonis placitis scripsimus. Solidorum vero corporum substantia certa esse quantitate proculdubio desiderat: eoq; nutrimenta mortale genus tuentur. Sed nihilo secius et elementa, ex quibus componitur, mediocri esse temperie requirit. dictumq; subinde est, quemadmodum temperies ea sit tuenda. Cæterum, virium lapsus, de quo nunc agere instituī, qui quidem solidorum corporum substantiæ digerendæ succedit, in longissimis morbis subinde incidit, animante ex frequenti atrophia, id est nutriendi defectu, extenuato: præterea in ijs febribus acutis, quæ corpus liquant. Qui vero ex substantiæ temperie mutata, prouenit, cum vel immodice ipsa fuerint calefacta, vel frigefacta, vel madefacta, vel siccata, aut horum aliquibus copulatis affecta. Alteratio vero in spiritu, tum ex vitiosis prouenit succis, tum ex ambientis aeris malitia, qui aliàs alia de causa in hanc est mutatus: præterea venenatis facultatibus, aut animalium, quæ virus eiectant, venenis. Verum hæc à præsenti instituto seponantur. Ipsius vero essentiæ spiritus corruptio, & quæ futura timetur, & quæ iam adest, quæ tum ex affectu animi incidit, tum ingenti dolore, tum pluribus morbus, cuius generis & vigiliæ sunt, tum ex immodica eius tenuitate, & continentium eum corporum raritudine, tum vero ante hæc omnia ex ipso respiratu prohibito, & nutrimenti defectu, diligentius corrigi profectò postulat. Sunt porrò affectus animi, timor subitus & vehemens, (quem Ecplexin Græci vocant) præterea, quæ contraria huic timori est, voluptas maxima, Græci Pericharman vocant, quasi excessum gaudij dixeris. Scimus enim amborum occasione periisse quosdam. Iam reliqui quoq; magni timores omnes, & cum his maxime voluptates, etsi non iugulant, at certe facile resolubilem infirmumq; spiritum reddunt. Tristitia vero, & anxietates, & ira, & cura eo genere sunt noxiæ, quo frequentes vigiliæ, quoniam vires resoluant. Ac in
D ijs quidem omnibus ipsa per seipsam mouetur anima, in corporalibus autem actionibus ipsa corpus mouet. Resoluitur autem eius robur vtroque motuum suorum genere, si modum excedant. De laboribus vero quid attinet dicere, quò pacto & vehementius aucti quosdam iugularint, & omnes certe læserint, tametsi non sustulerunt? In omnibus eiusmodi casibus manifeste videntur ægrotantes, tum animo linqui, tum viribus resolui: non nulli vero (vt dictum est) etiam mori, scilicet aliàs spiritu ipso deperdito: aliàs alterato: aliquando ex parte digesto: non raro hæc vtraque perpesso. Tractatum autem fusius de his est cum in alijs libris, tum vero in ijs, quos de Hippocratis & Platonis dogmatis prodidimus. Ad rem vero propositam, modum, quo singula lædere sunt

* practicis est in pleriſq; cod. græcis, ψυχικαῖς. i. ānalibus est in aliquib⁹.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

re ſunt nata, diſquirere neceſſe non eſt, immo, q̃ lædunt, ab ipſa euidentia accipere, ac eo ad vires B
tuendas in morbis ſalubriter vti. Parí modo, & ſi ſpirituum, qui noſtrum corpus regunt, ſubſtãtia
aliq̃ plus iuſto extenuata fuerit, vtroq; profectò modo imbecilla fuerit, & tanc̃ temperie altera-
ta, & tanc̃ diſſipabilis, vel exhalabilis, vel, quocunq; modo libet appellaſſe, reddita. Eadem nimi-
rum ratione, & ſi totum corpus trãſmutatum in immodicam raritudinem ſit, facile ſpirituum ſub-
ſtantia digeretur: q̃ & ipſa tenuium partium ſit, & corpus eã non contineat. Ergo nec rarefacien-
dum immodice ægrotantis corpus eſt, ſi ſpiritum retineri in ipſo ſtudes, ſed nec, quę in eo ſunt, p̃
comeſta & bibita valenter extenuanda. Iam vero, q̃ ipſorum quoq; ciborum ac potionum nõ le-
uis habenda ſit cura ad robur vírium tuendum, vt videlicet tum quantitate modici, tum qualitate
exacti exquiſitiq; ſint, id neminem latere arbitror: ſicut illud profectò cuic̃ perſpicuum, q̃ etiam
ſubſtantiæ, quam inſpiramus, habenda ſit cura, vti ſcilicet tum optima temperie ſit: tum ab omni
inquinamento puriſſima, nec aliquid ex metallis, aut caminis, aut barathris ſibi admiſceat: aut ali-
quid ex putredine legumínum, vel olerum, vel aĩalium, vel cuiuſcunq; rei contrahat: aut halitus
ex ſtagnis, vel paludibus, vel fluuio recipiat. His itaq; oĩbus ,pſpiciat, oportet, qui vires illæſas tue-
ri volet. Ad hæc etiam ipſorum corporũ ſolidorum, in quibus vtiq; vel maxime conſiſtere virium
ſubſtantia videtur, non parua habenda prouidentia eſt, vt. ſ. ſano temperamẽto ſint: atq; hoc qui- E
dem oĩum partium cõmune cõmodum eſt. Ad robur autem virtutis conſeruandum, & ad ſyncopalem acceſsionem, quò minus de repente incidat, cauendam, ſingulare præſidium eſt temperamenti cuſtodia, ante oĩa quidem trium principiorum: mox vero reliquarum partium, quæcunq; in conſortium affectus, principia ſecum ex facili trahunt: cuiuſmodi eſt ventriculi os, quod ,ppter exquiſitum ſenſum tum alia ſymptomata non pauca, tum vero ſyncopas accerſit. Porrò memora-
tus iam crudorũ humorum affectus, ſi & copia ſua hi vires premãt, et propter tũ multitudinem, tũ craſsitudinem exiguos aĩalis meatus obſtruant, ſiam multis noĩbus exitialis eſt, ac ſyncope oppor-
tunos reddit: nempe & q̃ aĩal ſub eo non nutriatur, & ſuffocetur, & q̃ mediocritas tẽperamenti eius non ſolum alteret, ſed & corrũpat. Quippe crudi ſucci nutrire prius, q̃ ſint concocti, nequeũt: Idemq; cũ multi ſunt, grauant: Si vero ſpiramenta, quibus perſpiratio agitur, obſtruant, calorem extingunt. Quòd ſi nec obſtruant, nec onerent, ſyncopen ĩ certe nõ inferunt, ſed animi deliquia, quas Lipopſychias Græci vocant. Siquidem reſoluunt eiuſmodi ægrotantes, niſi frequẽtius nu-
triantur. Porrò exhiberi his oportebit non copioſe ſemel, nec quæ craſſa frigida ue poteſtate nutri
menta ſint, ſed, ſicut dictum prius eſt, quę ex genere extenuantiũ calfacientiumq; ſint. Ad eundẽ
modũ & medicamenta, quæcunq; ſaltem medicamenta ſumere febricitans homo põt, extenuan- G
tia calefacientiaq; ſunt offerenda. His & aquoſum vinum idoneum ab initio ſtatim eſt, ſi tñ vehe-
menter non febricitent: quod haud ſanè frequenter in hoc affectu fieri aſſolet. magis ẽt, ſi, qui labo
rant, ſenes ſint, præbendũ iis poſt quãc̃ cibationẽ vinũ eſt, magisq; ẽt, ſi interpoſita quietis ſpatia
mediocria ſint. Sanè, qui ex eiuſmodi ſuccis laborant, hos quotidie acceſsiones exercent, p̃cipueq;
ad veſperam, & noctu, non mane, nec vſq; ad meridiem. Atq; de his quidem hactenus abunde.

De curanda ſyncope in iis, qui tenuiſſimos ſuccos, & qui facillime exha-
lant, obtinent. CAP. 6.

AGe modo tranſeamus ad eos, qui contrario quidem huic laborant affectu, ſed tamen ſyncope ſimiliter opprimuntur, niſi quis ſedulo ſit attentus. Hi ſunt, qui prætenues ſuccos habent
ſic, vt ocyſsime exhalent. Itaq; etiam diuerſa à iam dictis ratione ſunt curãdi. Illos nanc̃ paulatim * διαφορέσθαι.
& aſsidue vacuauimus propterea, q̃ multam ſimul vacuationem ferre non poterant: At, qui ſic ſe
habent, hos paulatim & aſsidue nutriemus. Quòd ſi à principio hos víribus adhuc valentibus, cu-
randos ſuſceperimus, nec paulatim eos cibabimus. Poſſunt nãq; ĩj, vel quod liberius ſemel datum
eſt, nutrimentum ſuperare. Tanc̃ autem eos, qui ex crudi humoris multitudine ſyncope periclí-
tantur, prorſus periclitari diximus, ſi vel iecur his vel ventriculum phlegmone obſedit, itidem de H
quibus nunc agere inſtituimus, inſanabiles ſunt exiſtimandi, ſi víribus iam languentibus aliquod
eorum viſcus phlegmone infeſtetur: quando nec aſsidue hos nutrire fas eſt, ſed tantum in remiſ-
ſionibus, nec ſeruare eos, ſi non nutriantur, licet. in eiuſmodi affectibus mortifera illa ſpecies in fa-
cie celeriter apparet, Naſus acutus, oculi caui, & reliqua, quæ deinceps ſunt adſcripta. Nam, ſiue
multũ excernant, ſiue vigilent, ſiue triſtentur, ſiue non cito nutriantur, protinus eiuſmodi faciem
habent. Porrò, ſi alicuius horum, aut etiam plurium occaſione tales eſſe videbuntur, minus eſſe
malum putabis, c̃p ſi abſc̃p iis eſſent emaciati. Sin abſc̃p his tales appareant, pernitioſum iudicabis:
atq; hoc amplius, ſi à principio morbi eam habeant ſpeciem. Nec̃ enim, dum concoquatur, ſuffi-
cient. Atq; ob id Hippocrates dixit, ſiquid eiuſmodi conſenſerit, minus ſubeſſe periculi putandũ.
In morbi nanc̃ principio (vt prædixi) etiam ſi cum aliquo dictorum in eo ſint ſtatu, haudquaquã
id bonum eſt: cęterum minus id periculi mínatur, quàm ſi cum horum nullo, immo ex ſpiritu ipſo
prompte digeſto. Non ſolum autem extenuatis ad eum modum ſpiritu horum & ſanguine, dige-
ſtio ſæpe incidere aſſueuit, ſed etiam expultrice ví per vniuerſam corporis molem immoderatius
concitata. Id quod incidere maxime ex imbecillitate retentricis ſolet. Sanè nutrire, quicquid horũ
inciderit, eſt neceſſe: ſicut etiã corporis ſumma denſare non ſecus, c̃p priorum rarefacere. Cum. n.
maxime

A maxime ĩj affectus inter ſe diſſideant, ẽt præſidiorum ſpeciem diuerſiſsimam requírunt. Ergo frigidum iis aerem adſtringẽtemq; comparabimus: qui, quemadmodum fiat, prius eſt dictum. Vngendi præterea ſunt adſtrictoríjs vnguentis: Tum cibi iis dandi, qui non admodum prompte diffluant, non aqua mulſa, nõ ptiſſanæ cremor, ſed panis, & ſorbitio ex alica, & fructus auſteri, & qui non facile corrumpant, tum ipſi per ſe, tum vero & cum pane: ẽt alica, quæ in aqua ſit cocta. Dabis vero aliq̃ando iis & oua, præcipueq; eorum vitellos. Album enim eorum ægre concoquit: Præterea gallinaceorum, qui lacte ſint alti, teſticulos: itemq; ſuillum cerebrũ, ſed vel diligenter aſſum, (quando, ſi cruentum detur, ſummopere lædit) vel in albo iure legitime elixum, porro & anetho iniectis. Denic̃ omni ratione agẽdum, vt & ſuccorum materiam craſsiorem reddas, & cutim denſes, & exhalationem inhibeas. Vinum vero iis aquoſum neceſſarium inter initia eſt, ſumptum poſt cibum. Quòd ſi ex ſententia nobis omnia reſponderint, etiam carnei iis aliquid nutrimenti poſt alia dabimus: potiſsimum poſt quartum diem, ſuccis, qui febrem excitauerũt, iam ad concoctionem venientibus. Tali affectu laborantis iuuenis, in decimo libro meminimus, quẽ (vti dixi) quotidie nutriui, idq; ante acceſsionem potiſsimum: tum, quemadmodum ſemel dedita opera nõ exhibito illi cibo acceſsio cum ſyncope inuaſerit, memorauimus. Ergo in omnibus eiuſmodi cu-
B rationibus, ſi iam deprehenſus ſyncope cubans eſt, omnis ſolicitudo medentis ad ſymptoma vertitur: Sin nondum ea premitur, vtriuſq; curã habebit, & vt ſymptoma non incidat, & vt morbus paulatim diſcutiatur. Celerius autem hunc diſcuteremus, ſi nullus ſymptomatis ſubeſſet metus. Quippe, qui multitudine crudi ſucci grauatur, hũc, ſi modo iuſtã ſemel vacuationem ferre poſſet, nec metus aliquis ſyncopes impenderet, ſemel, arbitror, vacuatum à morbo explicaremus. Eum vero, cuius ſpiritus & ſucci facile exhalant, ſi ante acceſsionem cibare non cogeremur, longiorem illi morbum certe non redderemus. Ac de iis quidem hæc mihi dixiſſe ſit ſatis.

De reliquis ſyncopes cauſis, ac primum de affectibus, quibus dolores ſuccedunt. CAP. 7.

* Nõ habet in codicibus græcis antiqs hæc dictio ventris. Τῆσι τῶν παραπαιόντων.

NVnc reliquas occaſiones, quibus ſyncopę ſuccedunt, deinceps referemus. Hæ ſunt numero quatuor, dolor vehemens, vigiliæ, immodica vẽtris inanitio, ac †ſin iis, qui aliena loquuntur, }aliquando motus: ſed & quintam, ſi nõ diſplicet, addas, nempe principiorum intemperiem, de qua in calce libri agemus, idcirco maxime, q̃ dupliciter prouenit, vel quia in nudis qualitatibus partículæ alterantur: vel quia vitioſus aliquis ſuccus in has recipitur. Deinceps igitur de oĩbus, q̃ memorauimus, eſt agendum, initio à doloribus ſumpto. Ergo, ſi cauſam ipſam, vnde dolor excitatur, adimere poſsis, ita vtiq; contra ſymptoma non pugnaueris, ſed egritudinem curaueris. Sed, ſi
C qua occaſione prohibitus, affectui ſubmouendo intentum eſſe non licet, vehemẽtiam doloris mitigabis. Verum, q̃n nec dolorũ cauſas ſubmouere, nec vehementiam eorum remittere fas eſt, niſi intellexeris, cuius vitio is dolor in cubantis corpore excitetur, perpendendæ prius tũ cauſæ dolorũ ſunt: tũ vero ſigna, quibus hæ dignoſci queant. Nã, cum ſenſui plerunq; parum pateant, hoĩem, qui in tali ſpeculatione ſit exercitatus, nimirũ poſtulant. Itaq;, cũ nobis in alijs operibus non pauca de dolorũ generatione ſint præcepta, ipſorumq; oĩum opportunum tẽpus iam venerit, neceſſum arbitror totam eorum rationem ſummatim percurrere. Quoniam igitur in aĩalis corpore oĩbus conſentientibus ſectis, non omnes partes ſenſiles ſunt, manifeſtum eſt, quæ prorſus ſunt inſenſiles, eas non dolituras. Igitur, cũ ſenſilibus duntaxat dolor accidat, ſequens eſt, vt æſtimemus, eiuſmodi ne corpora perpetuo ſint dolitura, an vno aliquo tempore, cũ videlicet ortus in his crucians affectus ſit. At, ſi ipſa euidentia nos docet multum eſſe temporis, quo nihil omnino doleamus, non obſcurum eſt certo aliquo tempore, quo ſcilicet excitatur in ſingulis, quæ dolent, crucians affectus, neceſſe eſſe ea dolere. Ergo, ſi inuentum nobis fuerit, quænam affectio ea ſit, quę in ſenſilibus corporibus orta facit, vt animal doleat, vtiq; &, quod quærimus, iam fuerit inuentũ. Hic igitur ab iis naturalibus notionibus, quæ omnibus nobis ſunt cõmunes, procedere methodo ad
D id, quod conſiderandum proponitur, conueniet. Porrò naturalis notio nos docet vitium id corporis, ex quo ſit doliturum, aut continuitatis diuiſionem oportere eſſe, aut alterationem aliquam. Ita etiam non incommode dictum iis eſt, quí ex inſectilibus, vel inſenſilibus, vel incompactilibus
† ἄπορον εἶναι. elementis corpus componunt, affectum, vnde dolor naſcatur, prorſus † {inueniri non poſſe.} Quippe, quę tantummodo tangunt, eorum nihil videtur dolorificum. At talia corpora tantum ſe inuicem tangunt. Quòd ſi non contingant modo, ſed etiam ſe inuicem in concurſu frangant, ad dolorem creandum nihilo plus conferunt, ſi quæ frangunt, inſenſilia ſtatuunt: niſi ẽt lapides, cum diuiduntur, dolore affici dicemus. Verum de his latius tum alibi, tum in quinto de Aſclepiadis placitis diſſeruimus. Nunc autem confeſſum hoc principium ſumentes, neceſſe eſſe, vt affectus, qui dolorem excitet, vel diuiſio ſit, vel alteratio, illud etiam memoria repetamus, ne alterationem quidem ipſam ſenſim irrepentẽ, dolorem afferre animali poſſe, ſed quæ dolore animal afficiet, eã mutationem tum confertim factam, tum vero víolẽtam eſſe debere. Videnr enim corpora non ſolũ, cum in habitum contra naturam confertim aguntur, triſtem mutationem ſentire, ſed etiã in ipſo ad naturalem ſtatũ ſuum reditu (niſi eum paulatim accipiant) cruciari. Scimus. n. qui in vehemẽti frigore iter fecerunt, eos cum ſeſe non ſenſim, ſed ſemel calfacere ,pperarent, dolore circa vnguiũ radices adeo vehementi affectos, vt ferre non poſſent. Illud vero inquirere, an ipſum, quod vehementer

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

menter excalfacit,aut refrigerat,diuiſionem aliquam continui efficiat, longiore fortaſſe diſputa- E
tione eget:Et vtiq; hoc oſtenſum à nobis eſt in commentarijs de ſimplicium medicamentorum
facultatibus. Verum quid agendo,quæ vehementer vel excalfaciunt, vel refrigerant, dolorem
inferant,quærere,ad rem propoſitam minime eſt neceſſe: Siue enim vt ſubſtantiæ ſenſibilium
continuitatem diuidentia: ſiue vt eam ſemel & confertim alterantia,id ad eorum inuentionem,
quæ dolorem leuabunt,nihil refert,modo ſciamus,quod violenter vel excalfacit vel refrigerat, id
ſentientia corpora dolore afficere.Ergo,ſi cœpiſſe ab euidentibus conueniet,euidenter autem vi-
dentur,eorum,quæ corporibus noſtris propinquant,hæc ſola eſſe dolorifica,& quæ vehementer
vel excalfaciant vel refrigerent,& quæ ſubſtantiæ continuitatem diuidant, (hæc autem ſunt, quæ
vel contundunt,vel incidunt,vel diſtendunt)vtique curationis eorum inuentionem quæremus
via aliqua inſiſtentes,quæ à quærendorum natura ſit accepta,quæ methodos appellatur. Rurſus
igitur ſupra repetentes dicamus.Quoniam id quærimus, quemadmodum in morbis dolore af-
fligamur,vbi nihil nobis extrinſecus triſte appropinquat,neceſſum eſt,aliquam talem cauſam in
corpore quæramus,quæ ſcilicet vehementer excalfaciens, vel refrigerans, vel diuidens ſubſtan-
tiam ſenſilis alicuius corporis nos excruciet.Ac primum illud ſpeculabimur,cuiuſnam eſſe natu-
ræ debeat,quod continuitatem diuidet. Neceſſe igitur eſt vel ruptionem, vel contuſionem, vel F
eroſionem eſſe affectum eum,qui diuiſionem continui faciat.At vero ruptio ex diſtentione qua-
dam:contuſio ex grauante:eroſio ex mordente prouenit qualitate. Ergo, cum nihil extrinſecus
ſit,quod vel diſtẽdat,vel grauet,vel erodat,ſed ex ſeipſo horum aliquod corpus ſentiat, neminem
latere poteſt diſtentionem ab aliqua intrinſecus ſubſtantia, quæ multitudine ſua corpus ſe conti-
nens diſtendat,aut immodica ſiccitate prouenire:contuſionem ex eo,quòd aliquod corpus † {ab † ἔνδοθεν.i. ab
externo} ſuperceciderit,quod vel durum,vel magnum,vel graue,vel ſimul ambo fuit:eroſionem interno, eſt in
vero' ex ſucco aliquo,cui mordens natura inſit.Igitur,vbi vehemens dolor vrget,ſcrutandum no aliquibus codi.
bis eſt,an ſuccus plurimus,an ſpiritus,cui non ſit exitus,an grauis moles,an mordens humor,an græcis, & ita vi
ſiccus affectus ſubſit: Ad hæc,veluti inter initia eſt definitum,an aliquid, quod valenter excalfa- deꝛ eẽ legẽdũ.
ciat,vel refrigeret.Quorum ipſorum quoq; rurſum cauſæ vel in ſpiritu, vel in humoribus, vel in
ſolidis ipſis ſunt ſtatuendæ.Quicquid enim eorum vehementer excalfactum refrigeratum ue ſit,
quando,quod vicinum eſt,tangit,dolorificum illi redditur. Igitur,quemadmodum ſingula, quæ
comprehendimus, agnoſci poſſint: tum vero quòd non omnium habeamus manifeſtas notas:
quodq;,ſi aliud quicquam, etiam cauſarum & affectuum, quæ ſenſum fugiunt,agnitio ex mul-
ta exercitatione,& curioſa omnium perpenſione nobis tandem pariatur, alibi monſtratum eſt. G
Nunc vero id conſiderare propoſitum nobis nõ eſt,immo ſolam ipſam medendi methodum per-
ſequi.Ex qua ſcienter perſpecta quantum auxilium compendiumq; medicis nõ ad præſidiorum
modo curationumq; facultatem, ſed etiam ad affectus aliquando agnitionem comparetur, ſæpe
vobis in ipſis ægrotantibus manifeſte oſtendi:quorum iam duos tres ue, qui haud pridẽ ſunt ſa- * ἐυπορίαν.
nati,referam. Vnus enim, vt ſcis,quadragenarius erat,qui cum colo laborare putaretur,non mo
do nihil eſt † {à fomentis tum humidis,tum ſiccis} leuatus,ſed nec cataplaſmatis,nec clyſteribus, † ὑπὸ καταν-
quibus ſcilicet publice vti in eiuſmodi affectibus ſolent,verumetiam à plurimis eorum exacerba- τλίσεων καὶ
tus.Nam à rutaceo oleo per ſedem infuſo deterius habuit,itemq; à caſtoreo:quinetiam,vbi mel co- πυρίων.i. à per
ctum cum pipere aſſumpſit,extremis doloribus eſt afflictus.Iam,cum cremorem cocti fœni græci fusionib⁹ & fo-
vnà cum melle accepiſſet,vehementer eſt irritatus. Ipſe igitur,vbi mordentes ſuccos in tunicis in- mentis. & ita ẽt
teſtinorum immerſos conieci,qui ſcilicet ſecum vnà corrũperent tum ea,quæ per inferiora eſſent inferius.
infuſa,tum ea,quæ per os ſumebat,exhibui homini nutrimentum, quod non facile corrumperet.
Deinde,cum minus eum cruciatum intellexi,vitioſos humores purgandos iudicaui. Cum vero
aptiſsimum ad eiuſmodi vitioſos humores eſſet medicamentum,quod ex aloe cõponitur,quodq;
iam vulgo picran appellant,vtiq; ſemel hominem iuſte purgare non ſum auſus, q doloribus & H
inedia duobus menſibus confectus eſſet. Verum ex quibuſdam interuallis moderate id faciens,
quindecim circiter diebus hominem(vt ſcis)prorſus ſanaui,idq; nullo preterea adhibito preſidio.
Atq; hic quidem illo primum tempore ſic eſt vexatus, nunquam prius inteſtini dolorem exper-
tus.At alius iuuenis huic quidem ætate propè par,ſed qui ſæpe ante colicis cruciatibus fuerat affe-
ctus,accepto ſcammoniæ ſucco fuit purgatus. Cum autem bene largiter fuiſſet vacuatus, primo
quidem die veſperi in balneo lotus,mox ptiſſanæ cremorem ſumens,poſt piſcem quoque come-
dens,nocte ea,quæ ceperat,euomuit.Secundo die itidem lauatus,comedit primũ lactucam, mox
auium carnis aliquid in albo iure elixæ:ab hac alicam ex aqua ſumpſit vino auſtero inſecto. Vbi
vero ab ijs mediocriter ſe habere eſt viſus,etiam tertio die nutritus ſimiliter eſt. Reddidit tamen
per aluum plura,quàm pro ciborum portione,eaq; cum morſu. Deinde quarto die etiam magis
dolere ſibi ventrem ſenſit:&, cum ſe in balneo alicubi frigus accepiſſe imprudentem putaſſet,ru-
taceum ſibi oleũ per ſedem infundens,non ſolum vehementiſsime eſt vexatus,ſed etiã liquidam
deiectionem copioſiſsimam excreuit:quod facile declarauit aliquid à toto corpore ad loca ventris
deferri.Poſt deinde p circuitus ſimilis redibat cruciatus.Audientes aũt eius ſymptomata, intelle-
ximus noxã ex ſcãmonia in illis maxime inteſtinis procubuiſſe,quæ prius etiam fuerant imbecil-

la ſic,

A la ſic,vt quaſi fluxionis quidam exortus eſſet affectus. Ergo,quemadmodum hunc quoq; ſanaue
rim,ſcis.Abijcere enim iuſſi præſidia colica,alicaq; calente,quæ cocta in aqua eſſet,nutriri,immiſ-
ſis ei mali punici granis.Cum autem tota nocte citra dolorem dormiuiſſet,miratus profectò eſt re
medij nouitatem:rogauitq;,quid eſſet bibendum.Dedimus itaq; bibendum dilutum rhois cremo
rem:quò videlicet,ſiue aliqua eſſet in ſummo inteſtino facta vlceroſa affectio, eam adſtringeret:
ſiue etiam ex conſuetudine aliquid ex ſuperioribus locis in partem afflictam confluereꝛ, id repri-
meret:prandioq; eodem vti iuſsimus:deinde ad veſperam cœnare pane puro madefacto in vino
aliquo naturaliter quidem auſtero,ſed veteri.Conceſsimus præterea,vt auſterum quemcũq; vel-
let,fructũm ſumeret,ſiue malum,ſiue pyrum,ſiue punicum.Simili ratiõe etiam tertio die cibatus,
in quarto theriacen bibit,ſanusq; omnino eſt redditus:ac de cætero ad conſueta reuerſus, nullum
ſenſit incõmodum. Simili genere & alteri cuidam in æſtate affecto, cum ſitibundus admodum
eſſet,ſupra alia,quæ memorauí,etiam frigida potione vti permiſi. Ergo,ne requiras in omni af-
fectu eiuſmodi notas,quales in pleuritide vel dyſenteria apparent. Quippe ſcientifica eſt morbo-
rum id genus agnitio,certis videlicet definitisq; notis cõparata: cum eorum,qui proxime ſunt di-
cti,coniecturalis agnitio ſit,ac ſolis ijs inueniri potis,qui exacte cuiuſq; morbi propriam curatio-
B nem norint.Quare,qm̃ de hac propoſita nunc diſputatio eſt, ipſam per ſe abſoluamus. Nec affe-
ctuum agnitiones attingamus:maxime quæ ex coniecturalibus notis incipientes, cum eorũ, quæ
proſunt obſuntq;,cognitione ſunt coniunctæ.Methodum enim in ijs, atq; ẽt exercitationem, in
morborũ agnitionibus ſeorſum per ſe fecimus:quò ſcilicet arte quis inſtructus, in omni ęgro tum
locum,qui affligitur,tum ipſius affectum,ſicuti nos, inueniat.

Ratio curandi dolores. CAP. 8.

ERgo reuertamur ad affectus,qui dolores excitant. Si ſanguinis abundantia ſit, quod diſten-
dat,veluti profectò in phlegmone fieri ſolet, protinus,vbi vires ægri valentes ſunt, ſanguis
mittẽdus eſt.Sed,ſi is vel ſanguinis miſsionem timeat,vel imbecillis viribus ſit, tum reuellendus
in diuerſum ſanguis eſt:tum per propinqua deriuandus. Dictumq; nobis prius eſt, quemadmo-
dum hæc fieri conueniat.Quòd ſi his peractis dolor etiam perſtat,patet profectò in ægrotante par
ticula impactum eſſe,quod contriſtat.Patet vero non minus,et q curatio ipſa per digerentia medi
camenta ſit molienda. Pari ratione,et qui ex flatuoſo ſpiritu dolores fiunt,curabimus,ſed ſimul
in his potius tum extenuantibus cibis, tum potione, tum per ſedem iniectionibus, tum cataplaſ-
matis,tum humidis ſiccisq; fomẽntis auxiliantes. Sin moles aliqua grauando contundendo ue
C dolorem excitet,moli ipſi eſt medendum. Sin mordens humor eſt,qui affligit,aduerſiſsima huic
ſunt,quæ extenuant & calfaciunt.Poſtulat nanq; huius generis affectus, ſi modo curandus eſt, vt
ea,quę contriſtant,vacuentur:ſi id oĩno fieri nequeat,vt per epicraſin ſanetur:ſin id quoq; fieri nõ
poſsit,vt,quę torporem inferant,medicamenta exhibeantur.Quæ quanq; ſunt reliquorum com-
munia,minus tamen hos affectus,q̃ alios,lędunt.Quippe tenuis cõſiſtentię,& calidarum virium
plurimi talium humorum ſunt:quæ autem ex papaueris ſucco,& altercõ,& eo modo frigidis com
poſita medicamenta ſunt,ſimul omnino et refrigerant et ſiccant:qua ratione non ſolum,vt ſenſui
torporem inducentia, ſalutaria ſunt, ſed etiam vt humorum tenuitatem cogentia atq; craſſantia,
præterea vehementem calorem refrigerantia. Vbi vero craſsi glutinoſiq; humores exuperant,
alieniſsima ſunt,quæ torporem inducunt:cauendusq; magnopere in eiuſmodi affectibus eorum
vſus eſt.Sed nec alioqui comitatur eiuſmodi ſuccos,modo ſoli ſint, dolor vehemens. Si vero ex
accidenti aliquo coniunctus his halituoſus ſpiritus eſt, qui ex ijs,quibus continetur,corporibus
erumpere prorſus non poteſt, grauiſsimis omnino doloribus,qui ita ſe habent,cruciantur. Porrò
accidit id illis duplici ex cauſa,vel obſtructione,vel calore. Nam & obſtructio ſpiritum cohibet,
nec exire permittit:& craſſa glutinoſaq;, cum calefiunt,flatuoſum ſpiritum gignere ſolent. Eiuſ-
D modi ſanè affectus ijs,qui ſe cibis natura frigidis,& conſiſtentia craſsis ac glutinoſis referſerunt,
qñ in ipſis inteſtinorum tunicis flatuoſus ſpiritus cõtinetur,potiſsimum incidit. Nam,cum hæ du
plices ſint,vbi medio earum ſpatio eiuſmodi collectus humor eſt,in flatulentũ mutatur ſpiritum.
Sanè is & craſſus,& frigidus,& tardi motus eſt. Vbi igitur tum retinetur, tum tunicas diſtendit,
tum ſuccus,vnde oritur,inteſtini partes,quas contingit,vehementer refrigerat,duplici occaſione
affliguntur,qui ſic laborant.Ac ad tempus quidem, vbi torporem faciens medicamen biberunt,
prorſus indolẽtes redduntur,cæterum affectus his omnino fit maior. Nam & inteſtinorum tuni-
cæ medicamentorum frigiditate denſiores, minusq; flatui tranſmittendo habiles redduntur: &
humor ipſe tum craſsior,tũ ad motum ineptior euadit.Itaq; & ſpatio longiore ad ægri curationẽ,
& medico,qui egregie in arte ſit exercitatus,eſt opus. Niſi enim certa ratione poſtmodum cura-
tionem aggredietur,verendum erit,ne ſucci ſecundo in flatuoſum ſpiritum verſi, eundem dolo-
rem renouent: vnde rurſus ſtupefacientium aliquid medicamentorum exhiberi ſit opus, eadem
ſcilicet neceſsitate vrgente.Ac pari modo tertio,& quarto,& ſæpe deinceps,quoad homo inſana-
bilis effectus, in malum totius corporis habitum peruenìat, & poſt longa tandem tædia pereat.
Quo pacto igitur dolores eos,quos frigidus humor in medio inteſtinorum intercluſus excitauit,
ſanare conueniet;Sanè nõ perfuſionibus & cataplaſmatis,quę valenter excalfaciant. Quippe lẽti

omnes

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

omnes crasíq3 & frigidi humores ab íjs,quæ calfaciunt,níſi etiam valenter digerant,liquantur,ac E
in flatum mutantur.Conuenit igitur eos incidere ſimul & concoquere:quas res tenuantia medicamenta præſtabunt:potiſsimum tamen,ſi calida vehementer non ſint.Quòd autem horũ quoq3 ipſorum ea maxime deligenda ſint, quæ magis flatum diſcutiant, magisq3 ſiccent, nemini poteſt dubium eſſe.Sæpeq3 ex plebe non paucos audias minus ſibi dolere colon affirmantes, cum nec ipſis cataplaſma imponitur,nec oleo aliquo perfunduntur, nec per clyſterem aliquid infunditur. Etſanè, qui generoſi animi fortesq3 ſunt, ſi mediocri vtuntur victu, tutius longiore in tempore percurantur,quàm qui violenter(vt dictum eſt)calfacientibus vtuntur. A nullo enim in eiuſmodi ſuccis tàm eſt metuendum quàm à calore,qui eos liquet,atq3 in flatum vertat, ſed digerere non valeat.Vidimus nãq3 ex agreſtibus operis quempiam,qui, vbi coli dolorem ſenſit,protinus ſe cinxit,cum cingi ante non ſoleret. comedit autem cum pane allium, nullum dimittens conſuetum opus:nec toto die quicquam bibit,ſed veſperi meracius:ab his & tota nocte dormiuit, & mane ab omni dolore planè liber ſurrexit.Eſt enim profectò allium ex eorum ciborum genere, qui & flatum diſcutiant,& minime ſitim inferãt.Sunt,qui parum id experti exiſtiment maiorem,quàm cepas,ſitim excitare,ſed planè errore:cum non modo non maiorem,quàm cæpe,ſed nec omnino ſitim faciat.Idem omnium planè eduliorum maxime flatum diſcutit.Itaq3 ipſe certe agreſtium theriacen id appello.Ac,ſiquis vel Thracas,vel Gallos, vel denicq3 qui frigidam regionem incolunt, veſci allijs vetuerit,non leuiter íjs hominibus nocuerit.Ac,quos ex ſupradicta cauſa vehemẽs inteſtinorum dolor citra febrem exercet,íjs & allium eſſe licet,& theriacen bibere:quippe quę eiuſmodi affectibus magnopere ſubuenit. At,ſi cum febri vnà talis dolor aliquando incidat, principio quidem,ſi id ferunt,fomentum ſiccum ex milio eſt adhibendum. Si ab hoc non quieſcant, ſemen aliquod,quod flatum diſsipet,in oleo,quod tenuium ſit partium,coquere,mox per linteum, quò purum ſit,oleum colare,deinde anſeris ſeuum in oleo liquare,& per ſedem infundere oportebit.Sí anſeris ſeuum non ſit,gallinaceo eſt vtendum,in primisq3 curandum, vt ſit expers ſalis. eſto autem nec admodum vetus.licet vero & recenti vti,præſertim anſerino.At,ſi necq3 ex hoc remittuntur dolores,ſecundo rurſus inijciendum idem eſt:adiecta etiamnum caſtorei & papaueris ſucci,vtriuſq3 fabæ non amplius magnitudine. olei vero hemina mõdus eſto. Excipitur & lanula ex hoc medicamento aliquid.Debebitq3 appenſa forti filo,quàm penitiſsime in rectum inteſtinũ dimitti:quò vtiq3,& cum libet,id facile recipiatur,& euidẽtem conferat vtilitatem. Ad eundem modum & oculorum & aurium dolores,qui ex huiuſmodi humore,aut ſpiritu flatulento in febri excitantur,ſedare conueniet tum fomento ex milio, quoniam id omnium & leuiſsimum eſt, & G
maxime ſiccans,quodq3 ab eo defluit, innoxium expersq3 morſus eſt: tum auribus medicamentum id,quod ex caſtoreo & papaueris ſucco conficitur,infundentibus:quo ſcilicet ad talia vti ſolemus.Liquor,quo hæc liquantur,ſapa eſto,quod apud nos vocant Hepſema:plericq3 medicorum Síræon græce appellant. Quòd ſi imponi cataplaſma aliquando oportebit,papauerum capitibus in aqua coctis,ac fœni græci,vel hordei,vel líni ſeminis farina aquæ immiſſa, cataplaſma cõficies. Scire autem licet medicamentum,quod caſtoreum recipit,non ſolum aurium ſedare dolorem,ſed etiam oculorum & dentium,ſi auribus inſtilletur.Iam vero collyria,quæ ex opio fiunt, vehementiſsimos oculorum dolores remittere omnes norunt: Vtendumq3 (vt prædiximus) his eſt,cum maxima neceſsitas vrget,illud minime ignorantibus particulas ipſas non nihil lædendas, imbecilliores q3 in reliquam vitam ex refrigeratione futuras,cæterum ſaluti hominis in præſens,ipſam futuram poſtea noxam poſthabentibus.Siquidem non paucos eorum,qui his ſunt vſi, eò infirmitatis veniſſe,vt alij ferè nihil omnino viderent,alij propemodum ſurdi forent, id omnibus iam notum eſt.Itaq3 nos,ſi quando cogimur his vti,poſtmodum in ſanitatis tempore parcículas ipſas excalfacimus,nempe auribus oleum id,quod ſolum caſtoreum habet,infundentes:oculis vero collyria,quæ tantum excalfaciant.Ad quod ſcilicet munus maxime id probamus, quod ex cinnamo- H
mo conficitur.Ac de doloribus quidem,qui ex craſsis glutinoſis ue,aut frigidis ſuccis, vel etiam flatuoſo ſpíritu excitantur,hactenus abunde. Similis nanq3 eſt eorum omnium curatio, vt quæ per comprehenſas iam materias perficiatur, niſi q3 is,qui ſpiritum flatuoſum comitatur, propriam quãdam curationem eſt ſortitus ex cucurbita cum flamma copioſa ſubinde admota. Videbituriq3 tibi præſidium hoc in huiuſmodi affectibus incantamenti cuiuſquam ſimile quid efficere, ſiue hi in inteſtinis,ſiue in quauis corporis particula ſunt excitati.Illico enim cucurbita admota, qui ſpíritu flatuoſo cruciantur,tum à dolore liberi,tum omnino ſani redduntur. Quos vero non ſpíritus modo flatuoſus,ſed etiam humor quiſpiam,vnde is oritur,male habet, íjs illico ad tempus dolor ſedatur,redit tamen vel in ſequente nocte,vel poſtridie,vel etiam tertio die ſimilis dolor:ac potiſsimum,vbi i victu aliquid deliquerint,aut importunius particulas excalfecerint.Tibi vero hoc quoq3 maximum indicium affectus erit:ac curationem pro ratione proſequeris, nec impenſe particulam excalfaciens,& tenuatoria curationis ratione vtens.Quòd ſi in ventre quoq3 talium quíp piam incidat,mirifice hi ex acrium iniectione leuantur. Sed percuranda in his primum doloris acceſsio eſt,admota ſcilicet cucurbita,quò ventoſus digeratur ſpíritus. Poſt id vacuandus humor eſt,infuſo per ſedem eiuſmodi medicamentorũ aliquo.Ego vero oleo quopiam tenuis ſubſtantiæ

vti

* βεβαιότερον .i. firmiꝰ,eſt in antiquis,id qđ videꝛ ét voluiſſe ítelligere Linacer. σύντομότερον aũt in impreſsis.i.citius.

A vti aſſueui,rutam incoquens. Porrò aliqui in tali curandi ratione,vbi oleum acceperunt, maximo dolore cruciantur;poſtea exiguo interpoſito ſpatio excernunt humorem vitreum, atque ex hoc protinus ſimul & à dolore & ab affectu liberantur.Quippe ſublata cauſa,quę ſpíritum flatuoſum gignit,omnia conquieſcunt.His humoribus contrariam maxime naturã habent, qui tenues ſunt atq3 acres,ſed ſimilem dolorem inferunt:non nunq3 autem & cõuulſiones crẽbras accerſunt,vtiq3 cum in ore ventriculi ſunt collecti:veluti dudum illi contigit,qui paulopoſt æruginoſum humorẽ euomuit.Satius vero ſit non æruginoſum ipſum dicere,ſed exactam planè eruginem. Talis nãq3 erat,qualis pulcherrima eſt ærugo. Verum huic adoleſcenti cum conuulſione & ſyncope, etiam gũttæ quędam frigidę,& pulſus in ſummo gradu paruí erant. Ex quibus cum conijcerem in ore ventriculi,quem publice ſtomachum vocant,mordentem aliquem contineri humorem,dedi illi aquam tepidam bibere:poſt quam protinus tale quid euomuit,quale ſi ipſe facere velles,floridiſſimam æruginem aquæ miſceres.Cum igitur talis humor in ventriculo conſiſtit,vomitu eſt expellendus:cum in inteſtinis,inijcere per ſedem cõueniet,quod eluere eiuſmodi humorem ſit aptum. At id deterſiuum ſit omnino,oportebit.Cum autem talium pluríma mordeãt,commodiſſime ex his aliquod deligitur,cui morſus abſit.Eius generis maxime eſt ptiſſanæ cremor. Cibí vero exhi-
B bendi his ſunt,qui & boni ſint ſucci,nec facile corrumpantur:quorum etiam exempla in priore libro iam tradita habes. Quoniam vero etiam eorum,qui ex ſiccitate vehementi tenduntꝰ crucianturq3,mentionem feci,ſatius fuerit de his ẽt aliquid apponere. Scire nãq3 licet eiuſmodi affectum, ſi modo curabitur,humectationem poſcere,cæterum curatu perdifficilem eſſe,vel potius, qui curari omnino non poſsit,ſi febris occaſione eſt contractus. Succedit maxime exitiali phrenitidi. Nec ſanatum quempiam ita conuulſorum aut ipſe vidi,aut alium narrantem audiui.Nam tẽmere conuulſio vel ex repletione neruoſarum partium incidit:(qua ratione eos,quos magna phlegmone premit,adoritur)vel ex mordente & tenui humore,qui neruoſa corpora rodat: vel ex ingenti frigore,quod tale quippiam,quale gelu,efficit.Atque hæ tres conuulſiones ſubinde percurantur. Sed,quæ ex neruoſarum partium ſiccitate prouenit,inſanabilis eſt. Quippe etiam in libro de maraſmo docuimus ſolidorum corporum ſiccitatem omnino eſſe inſanabilem.Quo minus adijciendum quicquam de eiuſmodi ſymptomatis præterea puto:ſed nec de íjs, quæ vitio immodicæ vacuationis,vel per aluum,vel per vomitum,vel ſanguinis profuſionem incidunt,quòd & antea de his mediocriter ſit dictum,& poſthac dicere ſit neceſſum,potiſsimum cũ mihi de tumoribus, qui præter naturam incidunt,erit agendum.Itaq3 librum hunc iam claudam, quando de ſymptomatis
C íjs,quæ vtique tractatu maxime erant neceſſaria,& præcipue quæ cum febrium affectibus ipſis ſunt connexa,abunde diſſerui.

* τὰ πολλὰ.i. ſæpenumero.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER TERTIVSDECIMVS.

ARGVMENT. LIBRI.

Inflammationes,ac reliquos præter naturam tumores curare docet,idq3 indicationibus diligenter adſcriptis,ac íjs maxime,quæ ſumuntur ex affecta parte.

Quid hactenus hoc opere actum eſt,quid hoc libro agendum,ac de duplici inflammatione. CAP. 1.

D

Vo iam genera morborum,quemadmodũ quis methodo ſanet,docuimus, alterũ in intẽperie poſitum,cui antiqua eſt appellatio:alterũ, cui nos nomen indidimus continuitatis ſolutionẽ.De qua prima in tertio,quarto,quinto, ac ſexto horum cõmentariorum præcepimus.Poſt eam de íjs,quæ in intemperie conſiſtũt, vſq3 ad duodecimum egimus.In hoc vero totius operis tertio decimo de tumoribus,quí præter naturã incidũt,diſſerere incípiemus,in quibus.ſ.partes à naturali habitu in quãtitate receſſerunt.Sanè,ſanitatem,an naturalẽ habitũ dixeris,ad ea, quæ nunc paramus,nihil iterſit.At,cũ plures ſpecie affectiões in his ſint,primũ agemus de phlegmone.Expedit.n.ab hac cœpiſſe,& q3 frequentiſsime incidit,& q3 febres aliaq3 ſymptomata periculoſiſsima excitet.Cum autẽ veteres Phlogoſin(quã inflãmationẽ interpretere) ſubinde phlegmonen appellant,ſciri volumus non hoc loco nos de hac phlegmone diſſerere,ſed ea, quæ ſupra inflãmationem,tenſionẽ quoq3 in particula facit,quam nõ modo ipſi tactu deprehẽdamus, ſed ẽt ipſe æger†{proprio ſenſu}aduertat.Quinetiam pro tenſionis modo tangenti quoq3 renitíť pars phlegmone obſeſſa,auctioríq3 eſt,q̃ pro naturali habitu,nec dolor illi deeſt,maior minorue: Cum quo non nunq̃ & pulſationis eſt ſenſus,cum.ſ.malum amplius increuit:ac potiſsimũ cũ ſuppurat.

Rubor

† διὰ τῆς ἰδίως ὀνομαζομένης σὺν αἰσθήσεως .i.eo ſenſu, qui peculiariter σύν αἰσθησις(quaſi cõſenſum dixeris) appellat.

* σύναισθησις.

Rubor quoq; in parte, quæ phlegmone laborat, maior minorue semper visitur.†{Semper autem E
omnia partibus inflammatis insunt}adeo, vt siue in ipso pedis vestigio, siue in parte interna manus magna phlegmone incubuit, hæc quoq; magis rubra videntur, quàm ante.

† In cod. græcis antiqs legit ἀεὶ δὲ πάντας ἐστὶν ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι μορίοις. i. semp tñ (ipse rubor) oino ineſt partibus phlegmõe laborãtibus. & ita oino videt legendum.

Indicationes, quæ ex ſientibus vel factis inflammationibus præbentur. CAP. 2.

ETenim oſtensum est phlegmonen omnem è sanguinis confluxu consistere. Qui aliis statim calidior est, quàm pro natura fuit: omnibus certe in ipsa parte, quæ phlegmone vexatur, calidior efficitur. Atq; hoc omnium sectarum commune est: siue impactum tantum sanguinem infinibus vasorum, phlegmones causam velint: siue intercidentiam eius (paremptωsin vocant) in solis arteriis, siue obstructionem aliquam: siue in raritatibus ratione contemplabilibus resistentiam. Quo fit, vt ẽt curationis indicãtio omnibus sit communis, nempe vacuatio redundãtis in particula phlegmone obsessa, sanguinis. Phlegmones vero, quæ in generatione adhuc est, duplex indicãtio est, veluti in reliquis morbis omnibus, quicunq; in gignendo adhuc sunt, necdum absolutionẽ sunt nacti, ostẽdimus. Nam, quod eorum generatum iam est, id medicinæ artis parti, quæ morbos curat, subijcitur: Quod in generatione adhuc est, parti, quæ futurum morbum præcauet. Atq; idcirco diximus non simplicem, sed compositam esse totam de ijs ægritudinibus, quæ in generatione adhuc sunt, medentis solicitudinem, ex ea. s. quæ prouidet, & ea, quæ curat: sicuti etiam, si oino F
phlegmone laborare adhuc non cœperit, sed tamẽ appareat iam subesse in corpore genus aliquod eorum, quæ phlegmonen excitare possint, in talibus quoq; omnibus sola prouisio indicatur. At, si nulla adhuc in corpore causa subalitur, ijs, qui ita se habent, ea, quæ sanitatis est tutrix, prouidet. Ergo, quæ causæ phlegmonen accersere videntur, has, cum iam in corpore sint conceptæ, sed tamen exiguæ adhuc & incipientes, vtiq; ne maiores fiant, inhibere conueniet. Atq; hoc præcauentis phlegmonen est officium. Cum vero ea magnitudine sint, vt iam phlegmonen creent, eas submouere oportet, ac, quantum iam phlegmones genitum est, sanare.

De ortu inflammationum. CAP. 3.

ACcommunis omnium phlegmonarum generatio ex sanguinis influxu est, copiosioris. s. q̃ pars postulet: veluti tum in libro de tumoribus præter naturam ostendimus: tum in eo, qui de inæquali intemperie est inscriptus. Sanè copiosior sanguis influit alia quapiam, alijs'ue particulis aliquando eum mittentibus, ac ea, quæ phlegmone laborare incipit, recipiente: aliquando particula, quæ affligitur, hunc ad se trahente. Partes, quæ mittunt, aliàs vt copia superuacuum, vel vt qualitate molestum, aliàs vtroq; nomine succum propellunt. Quæ attrahunt, ea morboso calore trahunt. Porrò in doloribus incipit quidem causa ab eo, quod affligitur, sed quicquid est phlegmo G
nes, id superpositæ partes efficiunt. Ergo, q̃ ad partem excalfactam vel trahuntur vicini succi, (vt nos censemus) vel confluunt (vt Asclepiades putabat) euidenter cernitur. Et constet hoc loco ex ipso, quod cernitur, sermoni fides. At vero, quæ dolent, cernuntur ea quoq; phlegmonen ex dolore pati. sed causam eius quidam omnino non assignant: quidam nullo modo probabilem. Nostra vero sententia talis est. Docuimus in eo opere, quod de naturalibus facultatibus edidimus, vnam esse naturæ facultatem, quam excretoriam dicimus. Ea suo munere tum fungitur, cum triste aliqd sentit. Vnum vero quiddam est ex ijs, quæ eam contristant, ipsa, quæ dolorem excitat, causa, quæcunq; ea sit. Hanc igitur eijcere dum properat, phlegmonen interdum in particula concitat. Cum enim primis suis conatibus nihil profecit, vehementius aggressa, quod infestat, expellere, sanguinis aliquid & spiritus ex superpositis partibus in afflictam simul exprimit. Atq; hinc fit, q̃ ex dolore particula, pro portione confluentis in eam humoris, in tumorem attollitur.

Tumores omnes præter naturam ex rei influentis natura variari, & quæ sint inflammationis causæ. C. 4.

QVinetiam omnium tumorum, qui præter naturam sunt, varietas ex eius, quod influit, natura nascitur. Vbi.n. flatulenta materia copiosior accessit, flatuosi magis tumores fiunt: phlegmonæ vero magis similes, vbi sanguis: sicut erisypelati, vbi flaua bilis: & œdematι, vbi pi H
tuita: similiter scirrhosi, vbi vel crassus, vel vehementer lentus humor est, qui parti est infixus. Sanè crassus humor, quodammodo iam melancholicus magis minus'ue est. Lentus autem ex glutinosis prouenit cibis: sed & ex ipsis aliquando neruosis partibus, vtiq; cum multum excrementi genuerint. Verum de cæteris tumoribus post dicetur. Nunc de phlegmone agemus, ac prius, quæ oium sunt cõia, ad disputationem propositis, sic deinde, quæ solius eius vitij sunt propria, adijciemus. Cũ igitur particula aliqua phlegmone vrgeri cœperit, videndũ est, an pp calorẽ aliquem, qui in illa præter naturã sit ortus, an pp doloremvel ipsius, vel propinquæ alicuius partis hanc cõtraxerit: quo. s. adempta causa, phlegmone non amplius increscat. Post hanc considerationem proxime illa contẽplabere, nũquid vicina aliqua particula sanguinem largius ad partẽ phlegmone obsessam transmittat: deinde num totum corpus †sanguine nimium abundet, πληθωρᾶν vocant.

† πληθωριᾶν διάκειται.

Inflammationes in glandosis carnibus facillime excitari, & quo pacto curari debeant. CAP. 5.

NAm tibi (arbitror) non excidit, vtpote sæpe à nobis monstratum, superuacanea, quæ à valentioribus partibus ob redundantiam, vel qualitatem expelluntur, ea in imbecilliores procumbere, atq; hinc accidere, vt glandulæ, quas adenas vocant, facile fluxiones recipiant, & maxime quæ rariores natura sunt. Quippe valentius est arteriarũ, & venarũ, & neruorũ, & musculorum

Arum robur, imbecillius autem ac forte prorsus nullum, corporum, quę glandularum sunt naturæ. Sic igitur fit, vt & propter vlcus, quod in manus aut pedis digito sit, eiusmodi glandulæ in inguinibus & alis tum intumescant, tum phlegmone occupentur, cum defluentẽ ad vltimos artus sanguinem priores exceperint. Quinetiam in collo, & secus aures sæpenumero glandulę ijs, quibus in collo, capite, vel aliqua vicina parte vlcus est natũ, intumescunt. Nominant autẽ ipsos adenas: cum sic intumuerunt, Bubones. Quòd si scirrhosior earum partium phlegmone aliqñ fuerit, hæc & ægre sanabilis est, & Chœras, id est struma, dicitur. Quænam vero sit strumarum curatio, in proximo dicetur libro. Nunc de phlegmonis, qm̃ de ijs differere proposuimus, denuo repetentes dicamus, q̃ inhibitio earũ incipientium, ex generante illas causa tollẽda præstatur. primumq; de ijs, quæ vlcera sequuntur, agamus. Postea.n. q̃ prope magnam arteriam, aut venam vlcus ortum est, celerrime bubones excitantur. Cernitur autem aliqñ ipsa quoq; vena per totum membrũ rubra, & calens, & distenta; ac si quis eam tangat, dolens. Ergo, si vel totum corpus sit plethoricum, vel malo succo redundet, difficilis curatio redditur: Sin sanum planè sit, facilis. Quippe excalfacere et humectare modice totum membrum, quò dolor mitigetur, oportet, (nosti autem eiusmodi prælidiorum materiam) ipsi vtiq; vlceri tetrapharmaco in linamẽto impositio: (liquatur id oleo potissiB
mum rosaceo, vel, si id non adsit, relaxanti aliquo) toto vero membro, hapso lanæ ex calente oleo imbuto circundato. Quinetiam ipsi vlceri calidũ imponi medicamẽtum oportet, ac super ipsum, calidum extrinsecus cataplasma ponere, quod ex farina vel hordeacea, vel triticea, vel ambabus mistis cõstet: humorem autem habeat aquam cum pauco oleo. Non secus vero etiam ipsi adeni, quæ phlegmone vrgeri cœpit, vt mitigetur, imponi debebit primo die lana ex oleo calente madens, non aũt, sicut non nulli faciunt, statim addito sale. Post.n. sale vtemur, cum & tumor per totum membrum fuerit remissus, & dolor vlceris sedatus. Quinetiam macedonicum, quod vocãt, pharmacum similiter, sicut tetrapharmacum, ipsi vlceri imponere licebit. Etenim similia inter se sunt, solo thure tetrapharmacum macedonico superante. At, si vel plethoricũ corpus sit, vel malo succo redundet, curatio per ea, quæ sic calent, fluxionẽ ad membrum citat. Atqui nec alia vlla vti datur. Cogimur ergo aliàs sanguinem mittere, idq; aut vena incisa: aut membris ijs, quæ læsa non sunt, scarificatis. Manu.n. laborante, scarificabis crura: Altero crurum male habente, reliquũ. Has nanq; vacuationes indicat ipsa copia, sicut etiam succorum vitium, redundantis succi purgationem. Ac plerunq; post hæc præsidia, glandularum phlegmone desinit. Sepe tñ vel ipso, qui curat, ad corporis totius vacuationem segniore: vel ipso, qui laborat, præ mollitie eam non admittente,
C earum phlegmone maior efficitur, lic, vt ad suppurationem perueniat. Sed &, quæ Phymata quo
* glandulis. que græce appellant, memoratis carnibus, sicubi fluxio in eas procubuit, citra vlceris occasionem accidunt. Vbi ergo distentæ vehementer glandulæ sunt, aut alia denicq; particula quæuis, quam phlegmone premit, cogimur toto corpore prius vacuato ipsam scarificare. Sanè vacuamus totum corpus (sicut in libro de plenitudine monstrauimus) non modo cum in redũdantiæ succorum est habitu sed etiam cum mediocritatem succorum continet, si morbi magnitudo suadeat. Siquidẽ dolor, & calor membri, in quo phlegmone sedet, etiam si purum ab excremẽtis totum corpus sit, fluxionis causæ fiũt. Expedit igitur parcius id, hoc casu facere: ac vacuare, prout maxime tum ætati laborantis, tum naturæ congruere videbitur, æstimatis præterea tum anni tempore, tum regione, tum ægrotantis ipsius cõsuetudine. de quibus sepe iam in multis diximus sic, vt, etiam si adhibita in sermone non sint, subaudire ea conueniat. Vbi vero phlegmones ipse veluti feruor iam subsedit, mitigatorijs cataplasmatis dimissis, ad ea, quæ digerunt, paulatim est transeundum: Ac primum cum mitigatorijs paulum mellis miscendum: Mox triticea farina in totum prorsus auferenda, contentis hordeacea cum melle vberiore. Deinde ad aliquod eiusmodi digerentium medi
D camentorum est veniendm, quæ vel humida consistentia sint, similiter ijs, quæ in linamentis, vel linteolis excipiuntur, (Emmota græce vocant) vel cerati specie. A duris autem abstinendum est: qualia pleraq; emplastra sunt. nam & phlegmonarũ reliquias contrahũt, & rursus phlegmonen in ægra parte excitant. Quin, si pus aliquod notabile in suppurante particula sit contentum, non
* digestionem. expedit (quod non nulli faciunt) protinus incidere, immo exhalationem moliri medicamentis ad id valentibus, quorum vsus ex affectu sit coniectatus. Quippe, cum phlegmones naturæ quicq; in mẽbro adhuc restat, acria medicamẽta magis irritant, q̃ digerant. Cum vero, quod ex phlegmone relinquitur, scirrhosum effectum videtur, fidenter iam valentibus medicamẽtis vteris, sed obseruato bis in die, quem præstent effectum, primum mane, secundo vesperi: Quòd si balneo quoque vtatur, etiam in eo tẽpore fiat. Si qñ ergo ægram partẽ medicamenti acrimonia irritatam videris ita, vt tumentior, aut rubicundior sit, aut magis doleat, mitigabis eam interea fomẽto, quod per spongiam administrabis. Id autem aliqñ ex aqua dulci esto, aliquãdo etiam sal habente, vbi. s. scirrhosiores phlegmonę sunt. Sin aliqñ puris copia medicamẽta superet, nec ea videantur tibi to
† τέμνειν χρὴ οὕτως ὀφειλόμενον. i. quã fit absolutum, secare. tum digerere posse, †{secare exitũ ei, quod digestioni non cessit,} eo potissimũ loco oportet, quo est editissimum. Quippe tenuissimam etiam illic inuenies cutim. Memineris præterea in sectione & alterius indicationis, quæ ad effluxum pertinet: atq; ad ambo respiciens, ita, quod suppura-
ne & alterius indicationis, quæ ad effluxum pertinet: atq; ad ambo respiciens, ita, quod suppura-
uit, incide: ac deinceps medicamentum aliquod eorum, quæ sine morsu siccent, impone. Quòd si
uit, incide: ac deinceps medicamentum aliquod eorum, quæ sine morsu siccent, impone. Quòd si

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

computruisse portio aliqua suppurantis partis videbitur, excidi eam est necesse. Sanè quidam in E
ijs, quæ in axillis & inguinibus suppurãt, in myrtei folij speciem semper excidi cutim iubent: qm̃
in ijs laxa ea naturaliter sit, ideoq; omne, quod ipsi aduenit, prompte recipiẽs: †-{præterea ipsa ex
leui occasione phlegmonẽ facile contrahant.} At maximas aliqui sectiones facere solent: quarũ
occasione particula, ubi ad cicatricem est perducta, non solum turpissima reddit, sed etiam sit im-
becillior, & quæ sæpe homini ad motus sit in mora. Hæc igitur ipsi vitantes, sæpissime certe sola
incisione, & medicamentis ualenter siccantibus, huiusmodi affectus sanauimus. Quòd si aliquã-
do excidere aliquid propter multitudinem non puris modo, sed etiam corruptarum partiũ fuit
opus, contenti eramus sectione, quæ myrti folium imitatur, planè non magna. Cum aũt in ea ex-
cisione longitudo maior, q̃ latitudo, sit, esto in inguine longitudo p transuersum ducta, non autẽ
per mẽbri rectitudinem. Quippe ita, cum mẽbrum inflectimus, naturaliter cutis sibi applicatur.
post excisam cutim, medicamento, quod Græci Mannam vocant, affectam partem implebimus.
Est autem ea purgãmentum thuris, leui adstrictione prædita, atque hoc nomine etiam thure ipso
ad non nulla vtilior. Thus.n. puris tm̃ mouendi facultatem obtinet, utpote nullam adstringendi
vim habens: Magisq; id facit, quod pinguius ex eo est, & magis albicans: sicuti etiam, quod flauũ
ex eo magis est, validius siccat. Mãnæ vero, etiam corticis thuris paululum est admistum: vnde. ſ. F
adstringendi vim habet. Ipse uero cortex thuris tum adstringit, tum siccat insigniter. Itaq; etiam
ad moderatiores sanguinis perfusiones eo vtimur solo, sicut etiã ad valentiores solo vsto, sed tũc
& cribrato, & in mollissimum puluerẽ redacto. Quinetiam mitigare prius incisam partem (sicut
dictum est) quantum poscere videbitur, oportet, fomentis primũ: dein cataplasmate: mox hume-
ctante aliquo medicamento, aut non siccante, singulis. ſ. extrinsecus impositis. Nam in ipso vlce-
re tum manna (vt dictum est) tũ ex præsidijs, quæ linteolis excipiũtur, primum ea, quæ pus citant:
dein ea, quæ expurgant, sunt imponenda: post quæ, si cauitas etiãnum sit, quę impleant, adhibẽda
sunt: sin minus, ea, quæ cicatricem inducunt (græce Synulωtica & Epulωtica vocant:) veluti quod
ex cadmia conficitur. At, qm̃ in horum quoq; vsu plurimis medicorum non paruũ quiddam pec-
catur, non ab re fuerit etiam de ijs disserere. Tum nanq; ducere vlcus ad cicatricem incipiunt, ac
idonea illi rei medicamenta applicant, cum iam penitus sit impletum, nec quicq̃ illi restat cauum.
Hinc illis accidit, vt cicatrices efficiant circũpolita cute magis eminentes. Quò igitur illi cuti sint
æquales, conueniet id genus medicamentis vti prius, q̃ ulcus ad æqualitatem prorsus sit impletũ,
impolito super ipsas vlceris oras ex specilli mucrone medicamento aliquo sicco ex ijs, quæ in vl-
cerum curatione retulimus: super reliquum, linamento dato, quod aliquo medicamento ex ijs, q̃ G
cicatricem inducant, & humida sint consistentia, fuerit imbutum. Cedente aũt prospere curatiõe,
etiam id amouebis, ac postea sicco tantum medicamine vteris, lato specilli mucrone -{ex eo} super
toto vlcere volutato. Foris aũt sufficerit linamentum vel siccum, vel ex vino madẽs: ac potissimũ
quod ex mollibus sit elychnijs: cuiusmodi Tarsensia sunt: qm̃ hęc quoq; ad vlcera, quę supercrescãt,
submittenda vim aliquã obtineant. Atq; hæc ducente nos rerũ societate diximus.

† Ex antiqs ita vertendum, ex leui occasione phlegmonẽ facile cõtrahat.

*ὑπόσπασμα.

*ἐπιβροχὴς.

De curatione singulorum affectuum, qui ad inflammationem excitandam concurrunt. CAP. 6.

NVnc ad sermonem de phlegmone reuersi dicamus communem omnium phlegmonarum
curationis indicatiõnem esse vacuationem. Quę vero adhuc in generatiõe sunt, in ijs prior
vacuatione est confluentis ad affectum locũ sanguinis inhibitio. Inhibebitur is cõmode, si ipsam
fluxionis causam inuenerimus. Sane ea duplex est: aliquando. n. ex ipsa parte, quam phlegmone
vexat, oritur: aliquando ex alia quapiam, alijs ve. Ex ipsa, quoties aut calidior est facta, aut dolore
(sicuti ante diximus) vrgetur: Non ex ipsa, quando vel ab alia quapiam, vel ab alijs superfluum
illi transmittitur: vel etiam ex totius corporis affectu. Fit igitur calidior vel propter immodicum
motum, vel aliquem ex Sole aut igni teporem, vel acre medicamẽtum: Dolore vero angitur & H
propter intemperiem, & vulnus, & contusionem, & distorsionem, & tensionem, præterea ob-
structionem quandam, & spiritum flatuosum. Intemperies modo extrinsecus illi prouenit: mo-
do ex succis, qui in ipso habentur corpore: Et extrinsecus, vel ab aliquo venenatorum animaliũ:
vel pharmaco, quod vehementer excalfaciat, aut refrigeret: etiam ex ambiente non nunquã: Ex
ipso vero laborantis corpore, cum id vitiosos succos, qui facultate sint dissimili, cõgessit. His igit̃
omnibus æstimatis, quæ phlegmonæ adhuc in generatione sunt, earum causas prius abscindes:
Quæ vero iam factæ sunt, has vtiq; curabis solas. Ergo quidnam medenti agendum sit, si totum
corpus male sit affectum, & dicta prius tum in his non pauca sunt, tum in libro de plenitudine:
& nunc summas eorum, quæ dicta sunt, recensebimus. Vbi. n. æquabiliter inter se succi sunt ad-
aucti, id & Plethos & Plethoran Græci vocant: -{nos plenitudinem, & succorum redundantiam
dixerimus.} Vbi vero vel flaua bili, vel nigra, vel pituita, vel serosis humoribus refertũ corpus
iam fuerit, eum habitum Cacochymian (quasi succorum vitium dicas) non plethorã nominant.
Ergo plethora tum sanguinis missione curatur, tum frequenti balneo, tum exercitatione, tum
frictione: præterea digerentibus medicamẽtis: & præter hæc omnia inedia: de quibus in ijs, quæ
de sanitate tuenda sunt prodita, dictum abunde est. Succorum vitium purgatione, quæ cuiq; su-
peranti

A peranti succo sit accommodata, corrigitur. Dictum porrò & de hac est in ea parte operis de sani-
tate tuenda, quæ de præcauendis morbis est instituta. Illinc igitur huc ea transferas, oportebit, ac
consideres, quonam ex ipsis vti maxime expediat. Siquidem, si iam febricitet æger, nec exercita-
tione vacuare exuperantiam licet, nec vnctione, quæ excalfaciat: sed nec multa frictione, nec bal-
neo: immo sanguinis missione vnà cum inedia, vel purgatione aliqua. At, si nondum febricitat,
omnibus iam dictis vtare, optimum quodq; ad id, quod instat, deligens. Illud enim patere vel me
tacente arbitror, eum, cui crura phlegmone laborant, non esse vel ambulatione, vel cursu exerci-
tandum: sed nec stare illi esse iubendum: immo sedenti plurimum fricari, mox manuũ motu exer-
citari illi est satius. At, sicui in supernis partibus cœperit pars aliqua phlegmone tentari, huic mo
tus ex inambulatione aut cursu est salutaris. Similiter & frictio his quidẽ ea potior est, quæ cruri-
bus adhibetur: illis, quæ in supernis partibus administratur. Quippe præceptum in contrarium
reuulsionis, in omnibus talibus commune est. Neq; igitur, cum vel circa sedem, vel aliquam huic
vicinam partem initium phlegmones incidit, aluum deijcies: Neque, cum in uesica, vel cole, vel
renibus est cœpta, pharmaca, quę vrinas prouocent, bibẽda dabis: Nec, si mulieri in vtero, vel pu-
dendo insedit, menses huic prouocabis: Sed ad partes, quæ maxime lõginquæ sint, semper reuul-
B sionem facies, æstimata scilicet tum phlegmones magnitudine, tum corporis totius statu. Nam, si
plurima succorum abundantia sit, nec exercitatione, nec balneo sine periculo vtare: Sin exigua
sit, licet, & per hæc vacues. Cæterum (quod dixi) hæc tum in ea parte operis de sanitate tuenda,
quæ morbos præcauet, sunt scripta: tum in libro, qui de plenitudine inscribitur: tum in his, quæ
de phlebotomia, siue incidenda vena: tum, quæ de purgantium medicamentorum facultatibus
edidimus. Sed, quod ad commonefaciendum tantum de ijs sit satis, nunc etiam abunde est dic-
tum. Itaque ad propriam de phlegmone disputationem nunc est veniendum. In qua primum
merito verba faciemus de phlegmone, put ab affectu partis, cui insidet, oritur. Quippe satis con-
stat affectum illum principio tibi esse sanandum: mox, quicquid iam phlegmones est factum.
Porrò interim ijsdem præsidijs ambo tolluntur: veluti cum ex flatulento spiritu & densitate par-
ticulæ dolor quispiam est ortus. Hoc enim casu eorum, quæ modice calefaciunt (quæ etiam Cha-
lastica, id est relaxantia, siue remittentia vocamus) vsus est commodus: vt qui pariter & conniuẽ-
tia corporis laxet, & flatuosum spiritum tenuet, et, quod phlegmones iam conflatum est, digerat.
Ad eundem modum, & si ex frigido dominante intemperies sit oborta. Nam tunc quoq; calefa-
ciendo non solum intemperantiæ, sed etiam phlegmonæ vnà medeberis. Itidem, si calor vehe-
C mentior intemperiem fecit, refrigerantibus præsidijs ambo sistes. Siquidem intemperantia con-
traria semper requirit: Vacuatur autem, quod impletum est, non modo medicamentis ijs, quæ di-
gerunt, sed etiam, quæ adstringunt & refrigerant. Magisq; profectò ad incipientes phlegmonas
frigidis adstringentibusq;, quam ijs, quæ digerunt, est vtendum: Atq; etiam num magis, vbi cras-
sum, quod confluit, non est. Sed, si sanguis in particula, quam phlegmone prehendit, vehementer
est impactus, non est amplius repercutientibus vtẽdum: sed tum digerere est tempestiuum. Vbi
autem ex animalis pũctu morsu ve dolor incidit, duplex sedandi doloris ratio est, vel virus ipsum
vacuando: vel, quod dolorem excitat, alterando. Sanè vacues id eorum medicamínum ope, quæ
vehementer attrahunt: Alteres ijs, quæ sunt contraria, idq; vel qualitatibus, vel tota substantia.
Monstratum nanque est in libris de medicamentis quædam esse totis substantijs inter se contra-
ria: quædam solis qualitatibus. Sed & illud indicatum æque est, quòd eorum, quæ contraria qua
litate sunt, methodus quæpiam sit: eorum, quæ tota substãtia sunt aduersa, methodus non sit, sed
omnia sint per experientiam inuenta. Tu igitur, quæcunque methodo curandi explorẽtur, hinc
disces: Quæ experientia tantum deprehendit, ea in his operibus, quibus de medicamẽtis agitur,
sunt collecta, vno, quod de facultate eorum inscribitur: altero, quod de compositione: & tertio,
D quod de facile parabilibus inscribitur. In quibus operibus ostendimus, quænam ex sola experiẽ-
tia: quęnam ex sola ratione: & quænam ex ambabus inuenta sint pharmaca. Ergo methodus, quã
hoc opere tradere instituí, in doloribus vniuersis, qui vel ex animaliũ, medicamentorum ve noxa
excitantur, duplicem indicatiõnem habet, nempe eius, quod dolorem creat, vacuationem, atque
alterationem. Vacuant id tum calfacientia omnia: tum quæ citra calefactionem vehementer tra-
hunt: veluti & cucurbitulæ, & caua cornua quædam, quibus non nulli cucurbitularum vice vtũ-
tur. Sunt autem, & qui ore suo virus extrahunt, ægrę videlicet particulæ admoti, ipsamq; labijs
complexi. Huc sanè pertinet & cauterium, & medicamenta, quæ cauterijs similiter escharam effi-
ciunt. Atq; hæc omnia totam eius, quod infestat, substantiam exinaniunt. Alterum auxiliorum
genus est eorum, quæ qualitatem per contraria alterant, scilicet exhibentibus nobis, si vehemen-
tem calorem ęger vel in ipso demorso loco, vel in toto corpore sentiat, auxilia refrigerantia: sin fri
gus sentiat, calefacientia. Docuimus autem vtraq; in ijs operibus, quę de medicamentis sunt scri-
pta. At tales quidem omnis phlegmones communes medicationes sunt. Variantur autem pro
laborantium particularum ratione. Etenim id iam quoque ostensum est, vbi de vlcerum curatio
ne egimus. Nec longo sermone est opus ei, qui meminerit eorum, quæ ibi sunt dicta, sed sat erit
paucis ea transcurrisse.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Indicationes tum ex similaribus partibus, tum ex instrumentarijs in inflammationum curatione præberi. CAP. 7. E

VNa itaq; indicatio ex ipsis similaribus accipitur partibus: altera ex instrumẽtarijs. Et ea, quę ex similaribus sumitur, mõdum calfaciendi, refrigerandi, siccandi, ac humectandi determinat: Quæ vero ex instrumentarijs, tum locum ipsum, per quem vacuare oportet: tum vacuationis rationem: tum vero in similis speciei medicamentorum vsu ipsum pluris minorisq; modum. Ac de similarium quidem partium indicatione supra, vbi de vlcerum curatione est tractatũ, diximus: de instrumentaria vero hic agemus.

In inflammationibus uacuandi indicationem, indicationem refrigerandi superare, contra in Erysipelatis. CAP. 8.

CVm enim phlegmone duplici ratione à natura recessit, & q̃ pars ipsa multo sanguine sit referta: & q̃ eadem sit calidior, vtiq; vacuationis indicatio refrigerationis indicationem vincit: contra scilicet, q̃ in erysipelate. In illo nanq; refrigerationis indicatiõ magis vrget, q̃ vacuationis. Quanq̃ vtriusq; affectus curãdi cõmune caput est infestãtis humoris vacuatio. Ideoq; post, q̃ refrigeratum erysipelas est, ad ea, quæ digerunt, medicamenta conuertimur. In phlegmone igitur †tantisper est refrigerandum, quatenus & ad incrementum eius sistendum inhibendumq; est cõmodum. Etenim, cũ immoderatus calor dolorem excitet, atque etiam aliquid ad egram partem attrahat, vtroq; nomine augescere phlegmonẽ accidit. Ergo, quantũ refrigerationis phlegmonę, ceu calido morbo, congruit, tantum certe & incrementum eius inhibere est aptum. Idem parem gratiam præstat, & cum repercutit id, quod affluit. Quod vero ex eo, quod in laborante membro continetur, quidpiam in proximas partes repellit, hoc phlegmones iam genitæ medela est. Simili modo, & quæ modice excalfaciunt, vtraq; interdum rõne prosunt, q̃m & dolorem sedẽt, &, quod contentum in laborante particula est, digerant: Quippe dolorem mitigando, augeri phlegmonas vetant: digerendo, quod earum iam conceptum est, sanant. F

† In antiquis codi. quibusdã ad dict ζεούσης. i. feruente.

Quatuor esse in totum uacuationum genera, quæ ex partium natura oriuntur. CAP. 9.

QVoniam igitur momentum omne curationis laborantis phlegmone partis, in redundãtis in ipsa sanguinis vacuatione consistit, vacuatio autem hoc genus affectorũ excogitata est duplex, aut translato ad alias partes, qui in ægra cõtinebatur sanguine: aut foris à corpore expulso, satius profectò est vtraq; vti, obseruantibus diligenter, nequa ex accidenti læsio sequatur. Ergo, cum gemina sit dictarum vacuationũ vtraq;, quadruplex in vniuersum nascitur vacuantium auxiliorum genus: Translationis. n. sanguinis ad alias partes alterũ genus est, vbi ipsa pars, quæ phlegmone laborat, sanguinem abigit: alterum cum eæ, quæ integræ sunt, ad se trahũt: Eius autem, quę extra corpus educit, alterũ sensibilibus effluxibus: alterũ rõne tm̃ contemplabilibus perficit. Atq; id, quod sensibilibus effluxibus peragitur, aliàs per ipsam fit partẽ, in qua phlegmone residet: aliàs †{per ea, quæ vnà cum hac aperiuntur.} Proinde etiam dissectionũ notitia ad eiusmodi consortium intelligendũ est opus. Ergo tum hæ indicationes phlegmonarũ curationẽ imutantes à partiũ natura præstantur: tum supra has, quę tum ex positu, tum figuratione sumunt: Quas nimirum laborans locus, qua instrumentalis, nõ qua similaris est, indicat. G

† διὰ τῶν συυγε νεσομουμένων αὐτῷ.

De reliquis indicationibus similarium & instrumentalium partium communibus. CAP. 10.

SVnt etiam aliæ, quæ tum instrumentalium, tum similarium communes sunt: sicuti cum actionẽ earum inspicimus: præterea an rara pars sit, an densa: an acuti sensus, an hebetis†. Ad quæ omnia intentum esse oportet, qui recte curare studet.

† Addendum ἢ ἀναίσθητον. i. an sensu careat

Ratio reuellendi, deriuandi, ac omnino uacuandi inflammatas partes, iecinoris exemplo. CAP. 11.

QVoniam vero (vt semper testati sumus) non satis est ipsa tantũ vniuersalia nouisse, nisi quis etiam in particularibus se exerceat, ita vtiq; & nos nunc faciamus, non tm̃ omnia particularia percurrentes, sed ea tantum, quæ nobis satis esse lectori videbuntur. Proponatur itaque iecur iam phlegmonen contrahere incipere: tum, quęnam mali eius commodissima sit curatio, quæratur. Omnium ergo primum ab ijs, quæ retuli incipiens, an totum corpus inanitione indigeat, cõsiderabis. Quod si indigere inueneris, mox ægri virtutem æstimabis, possitne semel iustam vacuationem tolerare. Primum ergo valida esto. Ab hac æstimabis ætatem. Nam, si puer sit, quæ per dissectam venam fit (vt supra est monstratum) vacuationem nõ feret. Verum, cum pubertatem attigerint, iam pueri missionem sanguinis tolerant. Ergo pariter tum reuellendus, tum educẽdus, qui ad iecur fluit, sanguis est, interna in dextro cubito insecta vena propterea, q̃ & è rẽgione, & ampla via cũ vena, quæ caua dicitur, societatẽ habet: Hac non apparente, media secanda est: Quòd si nec ea se ostenderit, reliqua ac tertia est incidenda. Mõdum vero vacuationis tum ex redundantiæ mõdo, tum ex reliquis, quæ in superioribus diximus, inuenies, ętate, natura, tempore anni, regione, & consuetudine: tum ante hæc, ipsa laborantis virtute. Hæc enim in omnibus sunt cõmunia. Illud vero, interna'ne, an media, an humeralis vena secanda sit, an ea, quę iuxta malleolum est, an, quæ in poplite, id vero ex laborãte particula indicatur. Ac definitum iam est in ijs, quæ de incidenda vena scripsimus, de vacuationibus id genus omnibus: dicenturq; nũc, quantum sit ad rem propositam opportunum: primumq; hoc ipsum, Nõ esse scilicet solum illud satis, H

* κατ' ἐυθὺ. i. e directo.

Asatis, quod vacuandum sit, inuenisse: veluti sentiunt, qui amethodon sectam colunt: quibus nulla de laborantium locorum differentia habetur ratio. Non. n. ratio solum, verũetiam vsus ipse indicat aliam alij parti vacuationem congruere. Siquidem ex ijs, quibus oculi tentari phlegmone cęperant, non nullos sola purgatione per aluum, vno die sanatos vidisti. Quam rem siquis facere in iecinore, cũ phlegmone laborare incipit, tentet, maximam excitabit phlegmonẽ, æque vt, si, cũ renes aut vesica phlegmone tentari cœperint, quæ vrinas cient, medicamenta exhibeat: aut, si cũ vterus phlegmone laborat, menses deuocet. Sigdem longissime†{à tẽtata fluxione parte,} quod redundat, reuellere, nequaq̃ ad eam trahere cõuenit. Hac itaq; ratione, nec si ventriculum aut intestina phlegmone occupare iam cœperit, medicamine, quod aluum deijciat, vti conũeniat. Eandem cum his indicationem & vterus sortitur, sicuti cum vrinæ vasis, pudenda. At vomitu vti pudibundis laborantibus, in diuersa reuellens auxilium est, Græci Antispasticon vocant. Eadem ratione in omnibus, quæ circa caput accidunt, medicamentum, quod aluum deijcit, ad contrarium auertit. Siqua vero circa fauces, & palatum, aut linguam, aut deniq; in ore, phlegmone laborare incipiant, in his omnibus cauenda sunt, quæ pituitam per os euocãt, Apophlegmatismus vocant: quippe cum id simile sit, ac si deijcere aluum intestinis ægrotantibus velis: aut vrinas mouere, cùm renibus aut vesicæ sit ægre: aut vomitum lacessere, cum partes stomachi sint afflictæ. Satius igitur sit, vbi partes, quæ in ore sunt, phlegmonen accersere incipiant, deriuare ad nares. Pari modo venam quoq;, vbi hæ partes sic laborant, incidere humeralem in manu: si ea non cernitur, mediam: Vbi iecur, pectus, pulmo, aut cor sic afficiuntur, internam: In angina, quam synãchen græce vocant, primas in manibus: secundas eas, quæ sub lingua habentur: At ijs, quæ in occipite sunt, afflictis etiam eã, quę in cubito est, nec nõ eam, quę habetur in fronte: Renibus vero, & vesica, & pudendo, & vtero sic habentibus eas, quæ in cruribus sunt sitæ, ac potissimum, quæ circa poplitem sunt: sin minus, eas, quæ iuxta malleolos. ac perpetuo quidem in omnibus eã, quæ è directo est. Vbi iecur phlegmone inuadit, quæ in dextra sunt manu: vbi lienem, contra. Itaq; statim prima vacuationis diuersitas pro particularum diuersitate variatur: constatq; communem indicationem non magis esse vtilitatis, q̃ noxę, causam. Siquidem, q̃ vacuandum sit, id cõmunis indicatio est: vnde autem, aut quomodo vacuatio sit facienda, id æger ipse docet locus. Ad eundem nanq; modum, vbi pectus, aut ventriculus, aut partes circa collum caput've phlegmone laborãt, excogitatum est artus vincire. Quippe ipsum, quod phlegmone infestatur, vinciendum non est: Sed, si in manibus phlegmone est orta, crura: sin in cruribus, manus. B

† A parte, quæ fluxione tentari incipiat.

Ratio refrigerandi ac adstringendi inter initia inflammatas partes. CAP. 12. C

SEd nec refrigerare inter initia, aut adstringere, citra laborantis particulæ indicationem, vtilitatis magis, q̃ noxæ, sunt causæ. Nam in particulis, quæ circa artus sunt, sat fuerit etiam spongiam vel ex frigida aqua, cui paululum aceti sit immistum, vel ex aqua sola madẽtem imponere: sicut etiam ex vino aliquo austero: In iecinore vero, si phlegmone laborare cœpit, nemo compos rationis his vtatur: immo, nec si melino infundas, aut myrteo, aut mastichino, aut nardino, aut lẽtiscino, aut aliquo oleo, quod adstringat, aut etiam alio quopiam, cui absinthium sit incoctum, ne horum quidem vllum conueniet frigidũ, sicut nec vllum cataplasma frigidum. Sed, si mala præcipue cotonea vino incoquens, cataplasma ex eo p̃parueris, si iecur phlegmone laborare adhuc incipiat, ne id quidem admouebis frigidum: veluti nec oleum, vt dictum est, præparatũ, vel oculis, vel oris partibus, sicubi hæc tentari phlegmone incipiant. Auri vero, etiam si acetum cum rosaceo infundas, nil offendes. At non est hoc oculis phlegmone laborantibus vtile, veluti nec medicamen, quod ex moris conficitur, aut aliud quippiam eorum, quæ Stomatica græce dicuntur. Sũt enim eiusmodi omnia oculis tristia, quanq̃ genere sunt ex ijs, quæ indicentur. Glandulis vero phlegmone tentari incipientibus, sæpe solum oleum calens sat fuit.

Quid differat victus ratio, iecinore, aut ventriculo, & glandulis, ac artuum partibus inflammatis. CAP. 13. D

SEd & reliquus victus ordinandus ijs, quibus glandulæ aut etiã aliquid circa artus phlegmone tentatur, vnam tantum indicãtionem habet, quæ tot ac talia exhiberi iubet, quot & qualia facillime concoquẽtur. Nec quicq̃ refert, alicam, an ptissanam, an mulsam, an punicum, an malũ, an tale quippiã exhibeas. At, si iecur phlegmone infestatur, exquisitissimo victu est opus: Æque profectò, & si ventriculus sic laborat: quippe munus eorum toti animali est commune. Accedit q; omnibus animalis partibus maximum incommodum, siue nõ probe concoctum alimentum sit, siue non rite in sanguinem conuersum. Artuum vero partes tm̃ alimenti capiunt, quanto sunt nutriendæ. Quo fit, vt, siue ex malo, quod probe in ventriculo sit concoctũ, alimentum ad eas perueniat, siue ex alica, siue ex ptissana, non multum intersit. In iecinore vero quantum referat nutrimentorum differentia, tum q̃ maximam in vtranq; partem vim habeat, hinc discas, licet.

Quæ nutrimenta medicamenta've assumpta iecinoris inflammationi conueniant. CAP. 14.

NAm expelli è iecinore oportet, q̃quid in eo tũ amaræ bilis, tum saniei, quæ ex phlegmone prouenit, est collectum. Id vero fieri nequit, nisi & vasa, quæ sunt in viscere, detergeantur, & meatus, qui ad ieiunũ ptinet, sit apertus. Ergo alica, cũ & huic inhæreat, & vasa, quæ in viscere

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

sunt condita, obstruat, præcipueq; eorum ora, & bilem in intestinum descendere, & alimentum in totum corpus digeri prohibet. Poscit ergo tum iecur ipsum, tum os meatus, qui bilem trāsmittit, cibos & pharmaca, quæ obstructa recludant. Talia vero omnia sunt, lenta quidem minime, sed tenui consistentia, & qualitate mordente. At vero ab his, vtpote mordentibus, phlegmonæ irritant. Quare, quę citra morsum ea detergeant, indigemus: cuiusmodi. s. mulsa est. At nouimus dulcibus omnibus tum iecur, tum lienē maxime intumescere. Supersunt igitur, quæ culpa vacant, vt in cibis ptissana: quippe quæ sine morsu deterget, vt in pharmacis oxymeli aqua mistum. Nam & punicum, & malum, & cætera, quæ adstringunt, dum bilis meatus os arctant, bilem ipsam excerni, prohibent. Atque inde iecinoris phlegmonis sunt incommoda, præsertim ijs, quæ in cauo visceris cō sistunt. Quibus ad angustias, quas facit ipsa phlegmone, etiam ea, quæ ex adstringentibus & lētis fit cibis, accedit. Ac, quæ mordent, ea phlegmonas ipsas, quæ in cauo sunt visceris, magis irritant. Quippe ijs, quę in gibbis eius consistunt, mutata iam veniūt ea, quę assumpta sunt, ita, vt nec, quę adstrictoria sunt, similiter adhuc adstringant: nec, quod mordens est, similiter mordeat: nec, quod propter lentorem in angustis vasis hærebat, similiter etiānum maneat lentum. Est aūt his occasio mutationis duplex, & q prius sunt cōcocta: & q sanguini, qui in iecinore prius erat, sunt admista. Cauo aūt iecinoris phlegmone obsesso, protinus etiā venas, q̄ in mesenterio sunt, vnà phlegmone laborare est necesse, quando ex ea, quæ ad portam pertinet, omnes sint ortę: protinus etiam, quæcunq; oculis earum incidunt, vim suam ostendunt.

Aduersus Attalum methodicum, qui Theagenem Cynicum inflammatione iecinoris laborantem relaxantibus cataplasmatis enecauit. CAP. 15.

An tibi ad cōmunem phlegmones curationem parua ex particulis ipsis accedere differentia videtur? Mihi sanè maxima videtur: quāuis ij, qui Thessali stupiditatem æmulantur, cōmunem indicationem solam satisfacere putent. Placet autem nūc ad memoriam reuocare tibi egregiam eorum curationem, quā Theageni philosopho Cynico adhibuerunt. Siquidē hanc norunt plurimi propter viri famam, vt qui publice disputare in Traiani circō quotidie sit solitus. Erat, q hominem curabat, vnus ex Sorani discipulis, nomine Attalus. Is imposuit quotidie iecinori cataplasma ex pane & melle, haud intelligens viscus hoc mediocriter adstringi debere propterea, q animalibus altricis facultatis principium sit, & venosum ab hoc oriatur genus. Ita igitur viscus curauit, sicut bubonas, meris. s. & solis relaxantibus vtens, cataplasma ex pane & melle imponens: ac prius oleo calente perfundens: tum sorbitione ex alica cibans. Hæc nanq; tria fermè omnibus nunc amethodis istis Thessalijs ad acutorum curationem sufficiunt. Visum aūt est mihi seorsum Attalum monere, vt adstringens aliquid admisceret, nec nudis vteretur relaxantibus: ac de visceris quidem natura nihil eram homini dicturus (Id enim fuisset planè asino fabulam narrare,) sed, quod me persuasurum homini arbitrabar, & cui omnes homines facillime assentire video, id tm̄ exposui, nempe longam experientiam medicos docuisse, vt iecur mista medicamentorum materia curarent, eam autem scriptam inuenturum in ijs medicorum libris, qui sint de medendi ratione conscripti. Si ergo, inquam, tibi videtur, misce aliquid de absinthij coma diligenter tunsa, cataplasmati: Oleo vero, totius herbæ aliquid, modice id, quemadmodum alios cernis in illo incoquentes: Cataplasmati vero Myrobalani piesma, & irim, & iunci florem, aut narditidos herbæ radicē, aut cyperi miscebis: non inutile sit & ex vino ea aliquando præparare, ac miscere interim etiam de fæce ipsa. Quinetiam aliquid adstringentium incoquere malorum, cuiusmodi cotonea sunt, & quæ vocantur struthia: præterea, quæ Romæ abundant, vocata cestiana. Oleum vero (nā id quoq; video miscere te) non quodlibet esto, sed vel hispanum, vel histricum, vel crudum, vel lentiscinum, vel myrteum, vel melinum, vel nardinum vnguentum. Porrò aliam materiam plurimam esse dixi eorum, quæ incoquere liceret. Nam & lentisci tenera germina, & myrti, & rubi, & vitis præsertim syluestris, à qua œnanthen vocatam decerpimus. Non alienum etiam sit & atticum hyssōpum tum cataplasmati, tum etiā ceratis miscere. Nam & cerata quæpiam illi ex eiusmodi materia imponere post cataplasma suasi: & apponere illi tentabam vniuersam deinceps curationem, quò scilicet etiam, quæ à medicis græce Epithemata vocantur, ex mista materia cōponeret. Nā melius, inquam, est sublato cataplasmate aliquid super viscus esse. Attalus vero sermonem meum interpellās, Nisi multum (inquit) tibi tribuerem, nihil horum toleraſſem: nam, in quibus superiores medici passi naufragia sunt prius, q̄ vera medicina inuenta à nostris esset, ea mihi veluti ignaro suades. Cæterum tres (inquit) aut quatuor dies sine me Theageni ex mea sententia prospicere, & sanum eum penitus conspicies. Sed quid, inquam, si, cum subito pauci, & hi lenti apparuerint sudores, moriatur, recordaberis ne, quæ promiseris, ac de cætero sententiā mutabis? Atq; Attalus post hæc abijt irridens, nec quicq̄ præterea respondēs, sic, vt neq; de alica quicq̄ me consulere permitteret, sed nec quod ex ijs, quæ vrinas cient, miscere aquę paulo post oporteret, q scilicet iecinoris gibba essent afflicta. Nam, sicuti iecinoris cauū per aluum purgatur, ceu paulo supra diximus, sic gibba eius per ea, quæ modice vrinas mouent: cuius generis est apium. Procedente autem tempore, vbi phlegmone iam concoquitur, etiam valentioribus vti licet, assaro, & celtica nardo, & phu quod vocant, & petroselino, & smyrnio, & meo: sicut etiam per ventrem vacuare,

* γυμνασίῳ.

* Polypodio. A vacuare, si cauum afficitur, cnico cibis admisto, & vrtica, & mercuriali, & epithymo, & filicula: omnibus præterea, quæ modice aluum deijciūt: magisq; in remissionibus tum his ipsis audacius q̄ ante vtendum: tum vero, quæ his sunt valentiora, partim in ptissana incoctis, partim tunsis, ac in mollissimum puluerem redactis. exhibenda vero & hæc sunt vel ex ptissana, vel ex aqua. Ego nanq; etiam filiculæ aliquid in ptissana aliquando incoxi, & nigri veratri corticem. Etiam clystere vacuare eos conueniet, inter initia vel sale, vel nitro, vel aphronitro aquæ mulsæ admisto contentis: in remissione vero, potissimumq; siquid scirrhosum relictum è phlegmone est, etiam valentiora medicamenta miscentibus: quippe hyssopum eo casu aquę incoquimus, & origanum, & colocynthida, & minus centaurium. Opportunissima nanq; ad scirrhum sunt iecur et lienis, †-{siue quis parum habita de his ratione, glutinoso cibo vtatur (sicut Attalus, qui Theageni quotidie alicam exhibuit): siue nihil offerat,}-quod tum obstructiōes eximat, tū detergeat. Verum, quod cōtigit Theageni, vel potius Attalo, dici est tempus. Vt enim promiserat posse tres dies daturum se hominem à iecinoris phlegmone liberatum, tum magis, q̄ prius, calente oleo viscus plurimum perfudit: tum cataplasmate frequentius est vsus, hac diligentia fœlicius sibi curationem cessuram sperans: respondit q; percontantibus de Theagene gloriabundus, meliora. Cæterū cōtigit, prout

† Si qs ipsa neglexerit, vel glutinoso cibo vius fuerit, sicut Attalus, q Theageni quotidie alicā exhibebat, ac nihil offerebat, qđ &c.

B ipse prædixeram, subito hominem mori. Et, quod omnium maxime dignum risu fuit, ducebat Attalus secum ex ijs, qui de hominis statu rogassent, quosdam, quibus ostēderet adeo recte eum se habere, vt iam esset lauandus: lætusq; cum multis ingressus est domum, in qua iacebat: cū Theagenem mortuum quidam ex amicis, qui & Cynici quidam erant, & alioqui philosophi, lauare ex more pararent. Itaq; etiam vsq; ad mortuum accedere, idq; vnà cum spectatorum cœtu Attalo contigit: vtpote cum nemo intus lugeret. Nam Theageni nec seruus erat, nec puer, nec mulier, sed cum eo soli amici philosophantes versabantur: qui iusta quidem mortuorum, citra tamē omnem luctum obibant. Atq; hanc laudem Thessalius asinus inter multos spectatores est consecutus, ostendens explicatum à phlegmone hominem intra quatuor (vt pollicitus est) dies. Reliqui vero methodici, cum innumeros quotidie iugulent, adeo rationem curandi mutare adhuc nolūt, vt, quę à medicis sunt scripta, q artis operibus vere insudarunt, ne vel semel experiri velint: Adeo indelebile vitium vehemens ignorantia est, præsertim si cum superbia sit coniuncta. Eiusmodi igitur in omnibus sunt Thessali sectatores.

Qua ratione viscera quædam facile scirrhosis affectibus corripiantur, ac de ea, quæ à particulis præbetur, indicatione. CAP. 16.

C Nobis autem vitandi eiusmodi errores sunt. Ac, si nihil aliud suppetat, saltem ipsi experientiæ credendum. Id quod ipse perpetuo suadere non desino ijs, qui circa rationem parum sunt exercitati. Nam melius, pfectò ijs est, qñ & rudes sunt, & simul in rationabili methodo, quā nos nunc prodimus, minime exercitati, vt nihil penitus ex ratiōcinando accipiant. Quippe iecinoris substantia scirrhis maxime opportuna est, vtpote quæ naturaliter lutosum quippiam continet, veluti medicus quidā nostri temporis per iocum dixit. Lienis vero rarior substantia, q̄s iecinoris est, cæterum crebrius scirrhosis vitijs affligitur, propter nutrimenti, quo vtitur, speciem. Monstratum nanq; est, q crasso nutritur sanguine, qui veluti limus purioris est, facillimeq; nigra bilis efficitur: ideoq; etiam ipsum, melancholicum-{siue atrum}-appellamus excrementum, atq; hæc duo viscera scirrhosis tumoribus tentari, vel experientia ipsa clare indicat. Renes vero, q conditi sunt, tactum effugiunt. Cæterum hos quoq; facile scirrhis deprehendi ratio docet, atque idcirco nephritidas †-{alias facile solubiles, alias ægre solubiles esse:}-cū renes, ambo habeant, quę in viscerum vtroq; prædicta sunt inesse, tum substantiæ qualitatem, tum excrementorum, quæ p ea dilabunt̄, vitiū. Quo fit, vt, qui crassi succi cibis vescant̄, calculi vitio corripiātur. Ergo, quāto trium horum viscerum scirrhosi affectus difficilius curantur, tanto magis esse solicitos oportet, D nequis in hos incidat. Maxime aūt (vt dictum est) incidunt, qui ipsis phlegmone vexatis, ijs cibis vtuntur, qui crassos lentosq; succos efficiant. Quinetiam eiusmodi affectuum medicamina inter omnes conuenit, ea esse, quæ dissecent, & dissoluant, & frangant: quæ vtiq; ex eorum sunt genere, quæ obstructiones eruunt & detergent, cæterum viribus valentiora. Horum non solum materiam, sed etiam facultatem in opere de simplicibus medicamentis exposuimus. Itaq; etiam breuior nunc ero, contentus generali facultate, & sola methodo, cum paucis exemplis. Nam, cum & facultatum materiam iam habeas præparatam, &, quæ curationem vnà coindicent, sint prædicta, nihil nunc aliud supereſt, nisi vt proprias cuiusq; morbi indicationes commemorem. Coindicantia igitur voco virtutem, naturam, ætatem, anni tempus, regionem, & consuetudinem, & siqua sunt id genus alia. Proinde de ea, quæ à particulis sumitur, indicatione deinceps dicam, inuocatione ab ea, quę à iecinore sumitur, sumpto. Quippe, vbi id phlegmone laborat, quę extrinsecus applicantur, ea mistæ esse facultatis debere postulat, idq; nō in generatione phlegmones modo, (est enim id omnium phlegmonarum cōmune: qñ etiam, siquis repellētibus tantum illo tēpore vtaf, non peccet) sed etiam cum nec affluat amplius quicq̄, nec repelli, quod in laborante particula cōtinetur, possit. Accidit enim hoc quoq; multis de causis. Sanè in principio tum parum est, quod affluit: tum magna ex parte tenuius: tum partis ipsius, quæ recipit, virtus non nunquam valētior,

* ἀναλογισμῶν.

† Græci codices legunt. τὰς μὲν ἀλύτους τοπάμπαν εἶναι τὰς δὲ πάνυ δυσλύτους. i. alias oīno insolubiles, alias ægre admodū solubiles.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

vtpote nondum laſſata: tum quod in afflicta continetur parte, nondum violenter impactum. At, E cum phlegmone in vigore ſuo iam conſiſtit, tum multus in ea ſanguis continetur, iſq; craſſior ſubinde, ac vehemẽter impactus: tum virtus partis iam eſt debilior: quam alioqui valentẽ requirimus, quòd ſcilicet à ſe ſuperuacua amoliatur: quandoquidem haud ſatis potens eſt adſtringentiũ preſidiorum vis, quæ ſola totum efficiat. Quippe poteſt hæc cogendis ac conſtringendis, & veluti denſandis, & exprimendis corporibus, quæ tenuiora conſiſtentia ſunt, ad circumpoſitas partes expellere: cæterum, niſi etiã laborãtis particulæ virtus aliquid auxilieť, nihil adeo magnũ efficiat. Tũc igitur, quæ à phlegmone ſumať, vna dũtaxat agendorũ eſt indicatio. Hanc græce Diaphoreſin vocant (latine digeſtionẽ, euaporationem've dixeris.) Hæc humorẽ, q in phlegmone obſeſſa parte cõtinetur, p meatus inſenſibiles educit. Quæ vero ab ipſa ſumitur parte, ea in diuerſam nos partem trahit, ſcilicet robur eius ſeruari iubens. Coeuntibus igiť vnà cõtrarijs indicationibus, cõpoſitum quoq; eſſe medicamentũ oportet. At, femur ſi phlegmone laboret, aut tibia, aut cubitus, aut brachiũ, aut, quí in his ſunt, adenes, cauſa nõ eſt, cur horum robori conſulas. Hęc tibi communis indicãtio ſit in omnibus ijs partibus, quarum munus eiuſmodi eſt, vt toti corpori ſit ex vſu.

Vnde ſimilia diſſimilia've medicamenta, maioris quoq; ac minoris ratio, & locus vacuationi aptus indicentur. CAP. 17. F

ERgo nec lienem tantum relaxantibus curare oportet, cum hic quoque ex iecinore, quicquid limoſum & melãcholicum eſt, expurget, propterea ſcilicet, q ex eo humore nutritur. Idcirco, quoties obſtructio quædam in eum incidit, aut phlegmone, potiſſimum cũ ſcirrhoſa ſit, tum ea, quæ obſtructiones eximant, tum quę diſſecent, vehementiora exigit. Nam, quale medicamẽtum iecinori eſt abſinthium, tale eſt lieni capparis cortex: Quale rurſus iecinori, quod vocant eupatorium, tale eſt lieni ſcolopendrium. Siquidem ſimilia genere medicamenta, ambo viſcera poſtulãt. Cæterum tanto valentiora lien, quanto craſſiore vtitur alimento. Scirrho igitur laborãtibus ipſis conuenientia nutrimenta ſunt genere quidem eadem, ſed maioris minoriſq; ratione differentia. Itaq;, & ſi capparis ex oxymelite edatur, vtilis ſanè eſt vtriq; viſceri, cæterum nec ipſa pari modo nec ſimiliter miſtum habens oxymeli: Nam & ipſa copioſior, & ex minus diluto oxymelite lieni erit vtilior. Atq; hæc differentia eſt, quæ ex maioris, minoriſq; ratione accepta eſt. At ſimilium genere, vel ſpecie, aut quomodocunq; dixiſſe libet, præſidiorum, ex actione & cõpoſitione indicatio ſumpta eſt. A ſocietate vero cum vicinis partibus, quod idem cum ſitu eſt, illa capiuntur, q gibba iecinoris per renes expurgari oporteat: caua vero per inferiorem ventrem. In liene vero alteram duntaxat eſſe ſuperfluí vacuationem: cum, quę per renes agatur, nulla huic viſceri vacuando via pateat. Proinde, vbi phlegmone premitur, deiectorijs id medicamentis tum detergemus, tum laceſſimus, quò dimittat relaxetq; ſuperuacua. Sanè duplex ratio eſt eiuſmodi medicamẽtorum vſus. Cum partes ſuperius poſitæ laborant, per ea, quæ eduntur ac bibuntur: Cum inferiores, per id, quod ſit per clyſterem infuſum. Quandoquidem, quæ eduntur ac bibuntur, eorum vis ante, q; ad inferiores partes perueniat, reſoluitur: Quæ infuſa ſunt, ea oĩno ad ieiunum vſq; aſcendere non poſſunt: immo, etiam ſi admodũ nitaris, fortaſſe tenue tm̃ inteſtinum contingant. Ergo illud quoq; ex partium poſitura didicimus, nempe inferioribus inteſtinorum aliquid eſſe per clyſterem infundendum: ſuperioribus vero, atque etiam ipſi ventriculo, lieni, & ſtomacho ſuperne aliquid exhibendum. Voco hoc loco ſtomachum, gulam, quam proprie Græci ſtomachũ appellant: Non nunq; enim ita etiam vocant os ventriculi: veluti cum ſtomachice †{anima linquiť} aliquos dicunt. Verũ in gula, quæ, pprie vocať ſtomachus, cataplaſmata ſuper ſpinam dorſi imponimus, non aũt in parte anteriore, quemadmodũ cum os ventriculi phlegmone vrgetur. Siquidem ſpinæ gula ſuperiacet, per collum & pectus deorſum vſq; ad ventriculum porrecta.

† συγκόπτεσθαι. i. ſyncope corripi.

Quo pacto differentia remedia indicet laborans locus. CAP. 18.

NEq; igitur hæc nouere, qui Theſſalum imitantur, ideoq; oẽs vna ratione curant. Neq; vtiq; H illud, q omne membrum phlegmone laborans, niſi cutim ſibi circũdatam habeat ſpiſſam, tenuis ſanies foras aliquid dimittit, ac laxat. Eo fit, vt ex ijs, quæ in ore, & naſo, & faucibus, & ſtomacho, & inteſtinis, & ventriculo, & viſceribus omnibus ſunt, aliquid foras effluat. Ad eundem modum etiam ex interna facie pectoris, cum phlegmone premitur, excernitur aliqua ſanies. Quemadmodum igitur lienis ipſe, & iecinoris caua per inteſtina: gibba vero iecinoris & renes per vrinas purgantur, ita pectus, vbi interna eius phlegmone tentantur, per membranam, qua tegitur (Hypezωcota vocant) aliquid in medium ſui pulmonumq; ſpatium trãſmittit: Id autem expurgari per eãdem, qua pulmo, viam debebit. Dabimus igitur ijs, qui ſic laborant, medicamenta, quibus tenuatoria ſit vis, quibus & viæ aperiantur, &, quæ deferenda per eas ſunt, diſſecentur {ac diſſipentur:} preſertim cum vel craſſę conſiſtentiæ ſunt, vel glutinoſę, qualia in ijs ſunt, quos empyos vocant. Delígenda tamen ex ijs ſunt, quãdiu adhuc phlegmone inualeſcit, quæ mediocria ſunt: cum vero planè iam decreuit, aut penitus ceſſauit, & educi excrementa poſtulant, quæ valentiora ſunt. Ergo mediocre in hoc genere eſt tum ptiſſanæ cremor, tum mulſa: valentius aũt & vrticæ ſemen, & mulſa, in quam coniectum fuit paululum aliquid acrium herbarum, quales ſunt origanum, & hyſſopum, & calaminthe, & pulegium, & illyricę ireos radix: Quòd ſi vel plus horum

A horum admiſceas, vel irin in molliſſimũ puluerem tunſam cribratamq; in mulſam immittas, maxime incidens medicamen habebis. Ad eundem modum &, quod ex marrubio cõficitur, oxymeli, aliaq; eiuſmodi valenter craſſiora excrementa, quæ in pectore & pulmone continentur, incidere poſſunt: omniũq; eorum copiã inuenies in operibus ijs, quæ de medicamentis edidimus.

Differre curationem inflammationum, quæ in ſummo & in profundo ſunt corpore: ac de reuulſione pro ratione partium laborantium. CAP. 19

NOn ſolum aũt iam dictam remediorum differentiam ex laborante loco didicimus, ſed etiã illud, quòd, quę in ſummo corporis phlegmone laborant, ea propríjs phlegmones remedijs curentur: quæ in alto ſunt corpore, ſi cum his aliquid acrium medicamentorum ſit immiſtum. Reſoluuntur enim eorum vires, dum alte deſcendunt. Hac ratione et cucurbitula (ſtrenuum planè auxilium) eſt inuenta, tum vt foras euocentur, quæ ſunt in alto: tum vt eximantur atq; eruanť, quæ iam in ſcirrhum abeunt. Verum vtendum cucurbita in ipſa parte, quæ phlegmone vrgetur, inter initia non eſt, immo poſtea, quàm totum corpus vacuaueris, ac neceſſarium ſit, eorum, quæ in inflammata parte cõtinentur, aliquid educas atq; eruas, aut etiam foras verſus attrahas. Genẽ-

*χρεία. *γινομένων.

B randis autem adhuc vitijs, miníme ipſis membris, quæ laborare incipiunt, ſed ijs, quæ continuata his ſunt, cucurbita imponi debebit, auellendi in contrarium cauſa. Sic nanq; ad mãmillas cucurbitam imponimus, cum ſanguis ex vtero profluit, defixo maxime in ipſis cõmunibus pectoris & vteri vaſis, eius ore. Sic, ſi ex naribus ſanguis profunditur, præcordijs maximas cucurbitas affigimus. Sic & omne aliud ſanguinis profluuium ad contrariam per cões venas auertimus. Quẽadmodum rurſum & ſanguinem (ſi ita eſt opus) attrahimus. Siquidem cum menſes euocare in animo eſt, in pube & inguine cucurbitam figimus. Præterea cucurbita in occipite defixa efficax eſt remedium ad oculorum fluxiones. Vacuari tamen priùs totum corpus expedit. Nam, ſi †{refertum ſanguine} corpus ſit, in quacunq; parte capitis cucurbitam defixeris, totum ipſum implebis.

† plethoricum.

Ea medicamenta ad curationem vſurpanda, quæ noxiam qualitatem cum ea, quæ conuenit, admixtam non habent. CAP. 20.

ERgo hæc omnis phlegmones communis indicãtio haudquaquam ſimiliter in qualibet parte adminiſtratur. Accedit ad omnia, quæ prædicta ſunt, pro non leui portione, ipſius exhibendi medicamenti natura. Neq; enim abſolute, ſi adſtringere incipientẽ phlegmonen eſt opus, qdlibet adſtringens in ijs, quæ deuoranda ſunt, adhibebimus, ſed ea, quibus nulla corruptrix admiſta

C vis eſt. Nam chalcanthus inter præcipua adſtringit, ſicut etiam miſy, & ſori, & chalcitis, & diphryges, & es uſtum, & ſquama eius & flos, verum hæc medicamenta deuorata, noxia ſunt: quocirca ſtomaticis ea miſcere tutum non eſt: defluit nãq; interdum ex his aliquid ad ventriculũ. Sed nec aloen probe miſcueris ijs medicamentis, quæ phlegmones alicuius cauſa, quæ intus conſtiterit, deuoranda ſunt: quando huic quoq; admiſta purgandi vis quædam eſt. Cæterum, vbi phlegmone prorſus inclinauerit, ſiquis paululum aloes admiſceat cauſa deijciendi ventris, qui prorſus nõ deiecerit, nihil lædet. Verum ſatius eſt mercuriali, aut vrtica, aut chico, aut talium aliquo aluum ſic laborantium ſubducere. In ſumma vero, ſiquis eam, quæ à partibus ipſis præſtatur, indicationẽ adimat, nihil obſtat, quo minus medicinam non ſex menſibus, ſed ſex diebus totam perdiſcas. At vero, nec ſi, quæ à partibus ſumitur, indicationem adiícias, iam totũ, quod exigitur ad curationẽ, habeas, niſi etiam methodos de medicamẽtis didiceris. Itaque eas aggrediatur, oportet, quiſquis conſummate ſanaturus eſt morbos. Nunc enim, ſi alicuius medicamenti meminimus, id (vt ſæpe teſtati ſumus) exempli cauſa fecimus.

Quid differat phreniticorum & lethargicorum curatio: ac de loco principis animæ facultatis, aduerſus Theſſali ſectatores. CAP. 21.

D SEd adiíciamus adhuc ea, quæ de indicatione, quæ à partibus ſumitur, nondum attigimus, Theſſaliorum iſtorum ſectam euidentiſſime præcipitantes: qui, cum nec diſſectionis rationem attigerint, nec partium actiones, vſus've norint, tamen, cum floccos carpentem quenquam cernunt, & feſtucas legẽtem, audent oxyrhodino caput madefacere, noſtro exemplo. Nam cur, quæſo, non thoracem potiusˇ Siquidem indicatorie remedia inueniunt. Sanè fieri poteſt, vt et corde affecto phreniticus quís efficiatur. Empiricus nanq; ab experientia ſe ait eiuſmodi medicamentorum nactum inuentionem. Qui autem & hanc vituperat, & inquiſitionem de actionibus refugit, huíc vnde, quæſo, ſuccurrit, vt pro thorace caput in phreniticis madefacere eligat? Cęterum, hoc ipſum oxyrhodinum, quod capiti phreniticorum applicamus, ceu quidam ex amicis dicere ſolebat, non ſolum amethodos iſtos Theſſali ſectatores, ſed etiam reliquos manifeſte redarguit vniuerſos, quiſcunq; principem animi partem in corde ſtatuunt. Nam, cum aliquando vidiſſem quendam ex Athenæi diſcipulis caput aceto & oleo miſtis perfundentẽ, prohibui: iuſſiq; pectori admouere id remedium: Quippe læſam in delirio eſſe partem principem: Eam autẽ eſſe author Athenæo in corde: itaq; non recte relicto pectore caput eum, integrum præſertim mem brum, vexare, eiq; negocium faceſſere, nunc oxyrhodinum infundendo, nunc radendo, tum ſpõſtoreum,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ſtoreum,aut certe etiam cucurbitam: Quippe id eſſe perſimile, ac ſi,cui i femore phlegmone ſit, E
calcaneo remedium applicet. Quinetiam in lethargicis nemo eſt,qui capiti non applicet auxi-
lia: nam & id vitium contrarium quodammodo ſecundum ſpeciem phrenitidi eſt. Gignitur autẽ
cerebro patiente: in quo ſcilicet princeps animi pars reſidet. Ergo,cum humor,qui in cerebro re
dundat,frigidus eſt,inſenſibilitas immobilitaſq; hominem opprimunt: cum vero calidus eſt,per
petuus potius motus,vnà cum rationis noxa. Accidit enim,veluti mõſtratum in libris de his eſt,
ex frigore ſegnitia:ex calore immodicus motus:ex humoris vero vitio dementia. Itaque incidenda
in talibus affectibus vena eſt ſtatim ab initio,ſi modo tàm valens virtus ſit, vt ſine noxa miſſio
nem ſanguinis toleret,ac nihil prohibeat eorum,quæ de ſecanda vena retulimus, ſicuti vel crudi
humoris copia,vel puerilis ætas,vel anni tempus, vel regio,in qua ſit extremus calor, aut frigus.
Atq; hoc quidem commune vtriq; vitio,& ei,quod cum ſopore, & ei, quod cum vigiliſ incidit.
Commune præterea vtriuſq; eſt,vt oxyrhodinum in principio admoueas. Nam repellẽdus à
capite humor eſt,quiſquis is fuerit. Quæ ſequuntur,contraria ſunt. Nam,quæ cum vigiliſ coniuncta ſunt,ea lenire expedit:quæ cum immobilitate,excitare. Iure ergo,cum in ſummo incremento
ſunt,iſs vitiis,quæ peruigilio & delirio infeſtant,perfuſiones ex papauerum capitibus applicabimus:odorem quoq; naribus obiiciemus:ac narium alas intus, vel frontem ex ſimilibus medica- F
mentis illinemus. Quippe ſopire ac ſtupefacere principem facultatem oportet,cerebrum ſcilicet,
quod ſupra modum incaluit, refrigerando: In contrariis autem vitiis excitare:ac noxij humoris,
qui citra putredinem,& citra febrem altos ſopores inuehit,craſſitudinem incidere, atq; excalfacere. Tales nimirum altos ſopores,Apoplexias,& Carus, & Catochas græce vocant. Quòd ſi aliquando humor putreſcat, vtiq; cum febri incidunt ea genera: vocaturq; morbus græce Lethargus. Incoquentes igitur in aceto thymum,& pulegium,& origanum,aliaq; id genus, naribus ſic
affectorum admouebimus: quò vapor ad cerebrum ſublatus, craſſitudinem humoris diſſecet.
Mox etiam palatum valentibus & acribus medicamentis vngemus. Ab his vero etiam ſternuta
toriis vtemur:tum capiti ſimiles præſidiorum facultates imponemus, adaucta ſemper eorum ẽt
ad ipſum vſq; ſinapi vehementia,ſi vitium diu trahat. Quinetiam cucurbitis ad vtrũq; vitium,ſi
diutinum ſit,vtemur:itemq; caſtoreo: quippe quod ipſũm probe cõcoquit, ſi debito tempore ſit
adhibitum. Quare hic ad communem rurſus curationem redeunt lethargus & phrenitis†. Ergo
in eiuſmodi affectibus manifeſte redargu ũtur, & qui Theſſalum ſequuntur, omnes, & quiſquis
medicus principem animi facultatem ſtatuit in corde. Non ſolum enim iam dictorum præſidio- G
rum deſtituentur copia,ſed etiam, cui ea parti accommodabunt,non intelligent. Neq; enim, tanquam in ophthalmia,vel pleuritide,vel angina tum ab ipſo ægro affectus locus ſentitur:tum nobis partim tactu,partim viſu innoteſcit,ſic in lethargo,& phrenitide,& epilepſia,& dẽlirio,& cõuulſionibus,& tetanis,præterea eo, quod proprie vocatur catoche,ſe habet. In quibus omnibus
præſidiorum formula ex affectus inuenitur natura:locus vero,cui maxime ſint applicanda,ex pnoſcendis tum actionibus,tum vſibus partium.

* In impreſsis ἑαυτὸ.i. ipſum:ĩ antiqs ἑαυτὰ.i. ipſa, referendo ad ambo vitia.
† eſt præterea in greco, ἐπὶ τῆς παραμυθ. .i.ĩ declinatione.

Quæ ratione extrinſecus medicamenta capiti,aut oculis apponenda ſint,ac de communibus præceptis illarum partium curandarum,ac de arteriarum ſectione. CAP. 22.

ILlud aũt, quamuis in ſermone aliquando omittatur,ſæpenumero prius dictum eſt, meminiſſe oportere nos eorum,quæ ſimul indicent. Cæterum in præſenti eã, quæ à partibus ſumpta eſt, indicationem propoſitum eſt perſequi:veluti ſtatim in iſs,quæ ad caput pertinent, etſi nõ aliud, ſaltem illud noſſe cuiuis eſt promptum,obiectam nobis ante cerebrum eſſe craſſam membranã, quæ coriis iſtis externis ſit aſſimilis:poſt hanc ẽt cranium. Itaq; reſolui in dẽſis obicibus & duris, præſidiorum,quæ imponũtur,vim eſt neceſſe:ac,niſi futuras in capitis oſſe natura ipſa fuiſſet molita, nihil adeo æſtimandum efficeret pharmacum vllum extrinſecus impoſitum. Sed, quoniam etiam futuræ, & in his præcipue coronaria non ſolum impoſiti medicamenti qualitates, ſed etiã H
ſubſtantiam,ſi tenuis eſt,facile intrò tranſmittit,merito multa circa cerebrum vitia ab extrinſecus applicatorum remediorum facultate iuuantur. Ipſe enim in meipſo expertus memini,cum infunderetur roſaceum frigidum, citiſſime clariſſimeq; ſenſiſſe me in ſyncipitis loco eius intrò penetrationem. Quinetiam plurima diuerſitas futuræ huius in hominibus,ſi inter ſe conferantur, etiam ante diſſectionem manifeſte apparet. Vidimus enim in iſs,quibus raſum caput fuerat,inter mandendum,commiſſionis oſſium in coronali futura manifeſtum motum ſic, vt facile appareret hominibus illis laxam eſſe eiuſmodi oſſium capitis compoſitionem. Merito igitur ad hanc maxime partem applicant omnes medici capiti infuſiones,videlicet accepta quaſi per manus à primis inuentoribus ratione,ad id opus venientes:Sed & ipſi,quicunq; non negligenter iſs,quæ fieri aſſolent,attendunt,cernentes,& quemadmodum futura ea liquido moueri appareat,& quemadmodum celerrime homines hac parte, ſiue ab externo admoto quopiam refrigeretur, ſiue excalfiat, id ſentiant. Nam præter reliqua etiam tenuiſſimum eſt hoc loco cranium,& rariſſimũ. Ergo,quoties medicamenti cuiuſquam vim vehementer deſcẽdere voles,hoc maxime loco impones. Commodius etiam fuerit, ſi & cum infrictione id facias,aut tonſis capillis,aut etiã planè abraſis: Quòd ſi humidũ ſit,quod applicãdũ eſt,ſi id ex alto effundas,ac veluti,fontis ritu,illidas: quippe penitus intrò

A intrò ab ictu magis compellitur. Sicut autem hic vehementior humoris caſus conducit,ita in oculis eſt contrarius: In capite nanq; os eſt,quod feritur: in oculis membranoſa quædam imbecillaq; corpora. Et in capite quidem aliud eſt,quod ictum excipit:aliud quod curatur,quodq;, vt ictum non ſentit,ita facultate,quæ ex incuſſu ad ipſum peruenit,fruitur:at in oculo nõ eſt, quod feritur, diuerſum ab eo,quod curatur:ſed idem ipſum,quod eſt curandum,valenter icitur. Ad hæc os capitis ſenſu caret:oculus acerrimi eſt ſenſus. Ergo infundere huic medicamenta oportet, primum
* βλέφαρον.i. palpebram. ſuperiorem genã blandiſſime attollentes,mox minime,quemadmodum in capite,incutientes. Inueniendi præterea humores mitiſſimæ minimeq; mordentis naturæ, qui cum medicamentis ſint infundendi. At mihi quidem magna cum conſideratione videntur veteres ad oui deueniſſe humorem,electo ſcilicet ex eo,quod & mordens minime eſſet,& glutinoſum. Nam ex eo,quòd minime mordet,modo dictam indicationem iſs compleuit: Ex lentore autem, ad indolentiã non nihil confertur. Quippe lenire eiuſmodi humores poſſunt aſperitates omnes,quaſcunque acris fluxio excitat. Accedit, quòd craſſus mediocriter ac lentus humor conſtantius, quàm tenuis & aquoſus,in loco permanet. Sanè quòd lentum id,quod abſque morſu ſit,cum modice incaleat,dolorem maxime leniat,id profectò ex mordentibus in aluo deiectionibus didiciſti: in quibus in-
*Aλγ.δῆξιν,ideſt mordicationẽ. B iectum ſeuum ilico dolorẽm mitigat. Quòd autem permanere quoq; in laborẽte particula eiuſmodi humidum expediat,manifeſtum eſt. Siquidem in iſs,quæ in ventre accidunt, per clyſterem aſſidue infundere moleſtum eſt: In ijs,quę in oculis,genãm attollere. At vero exquiſitus membri ſenſus læue eſſe,quod iniiciendum, nihilq; debere in ſe aſperum fabuloſum've habere, omnino indicat. Hinc igitur excogitatum commode eſt,tum humido oui vtendum:tum,quæ terrea corpora ophthalmicis,id eſt ocularijs,medicamentis miſcenda ſunt,ea eſſe cum ſumma diligentia ad vnguem leuiganda. Quoties tamen dolores his accidunt vehementes, repetitis iſs,quæ de omnium dolorum generatione accepiſti, diſquires,quonam ex his affectu dolere oculos in phlegmone,de qua nunc ſermo proponitur,contingat. Nam aut ex vehementi acris confluentis humoris morſu:aut quòd eorum tunicæ plenitudine diſtendũtur: aut propter craſſorum humorum flatuoſi've ſpiritus extenſionem vehementes in his excitantur dolores. At morſum quidem tum purgantibus medicamentis,ſcilicet & deorſum reuellendo & vacuando curare cõuenit: tum ipſi particulę oui humore infuſo,quò per eum acris fluxio ſine offenſa eluatur. Vbi autem prius concocta iam phlegmone ipſa fuerit, & ſimul corpus vacuum, tum vtique lauationes in balneo his ſunt aptiſſimæ. Nam & dolorem ſtatim ſedant,& fluxionem,quæ ad oculos fertur, ſiſtunt, maxi-
* contẽperato. C ma quidem eius parte inter lauandum per totum corpus excreta: reliquo vero dilũto. At vero diſtenſionem,quæ ex repletione prouenit partis,miſſione ſanguinis,& alui deiectione, & infernarum partium frictione curare conueniet: quòd ſi neceſſitas aliquando vrgeat, ligãdis artubus: mox fomẽtis ipſi laboranti particulę ex aqua dulci modice calida adhibitis. Atq; {humorum vel flatuoſi ſpiritus} extenſiones curabimus vacuato prius in his quoq; toto corpore: ſed & humorum momento deorſum auerſo. Mox localibus remediis (Græci Topica vocant) vtendum, non
* διαφοροῦσι. tamen medicamentis iſs,quæ repercutiant ac reprimant,immo iſs,quæ euocẽnt. Fouendi igitur ſunt,ſicut modo diximus,ac fœni græci decoctum iis infundendum,ſed lauato prius curioſe fœno græco, nequid illi vel puluerís, vel ſabuli adhærens clàm lateat. Eſt nanque medicamen hoc maxime omnium,quæ oculis applicantur,ſine offenſa digerẽs. Meminiſſe vero in omnibus,quæ membratim docentur, communium præceptorum oportet. Quorum vnum id eſt, digerentia medicamenta,vbi redundantia in toto corpore ſubeſt,ſi particulis quibuſdam applicẽtur, implere potius,quàm vacuare. Ergo tum reliquos morbos, tum vero phlegmonas (de quibus agimus)
* διαφορητικῶ. ſicubi curas,nullo euapõrante auxilio prius fidenter vteris,quàm totum corpus purgauẽris. Illud
* Vacuaueris. quoq; attendas in omni vitio,ne dum phlegmone,oportet, aliquando totum corpus mediocri ha
D bitu eſſe in humorum tum qualitate,tum modo, vnam autem aliquam,aut duas earum, quæ ſuprapoſitæ ſunt,partium, redundantiam ſuam ad ægram tranſmittere: veluti non raro, ſed planè, ſæpenumero accidere in oculis videre licet,capite his fluxionem mittente. Manifeſtum igitur arbitror in iſs quoq; eſſe,ipſum prius caput ſanandum eſſe,explorato eius affectu, quem ſuperfluorum generatio comitatur. Et diutinas quidem oculorum fluxiones curamus oculis ipſis dimiſſis,atque ad capitis procurationem conuerſi. Cuius vitium, ſi ex genere intemperantiarum ſit, curationem ex ſibi contrariis, ſicut prius monſtratum eſt, adhibendam indicat. Plurimum igitur vel frigida intemperies caput vitiat, vel humida: nec dubium eſt, quin etiam ambæ congrediantur. Rariores ſunt,quæ propter calorem acrem oculis fluxionem immittunt:in quibus haud expedit iis,quæ ex Thapſia & ſinapi fiunt,medicamentis vti,immo contrariis omnino, oleo cru-
*Aliq cod. hũt σμικρὰ.i. exigua: plures tñ σκληρὰ.i.dura. do,& hiſpano,& roſaceo,tum frequenti ex aqua dulci in balneo lauatione. Atque aliquando cerebrum ipſum fluxionem tranſmittit:debetq; huius intemperies totius capitis epithematis corrigi. Aliquando vaſorum ipſorum vitium eſt:cum venæ,vel arteriæ imbecilliores ſunt ſic,vt aliorũ vaſorum ſuperuacua recipiãt. Quo caſu aliqua earũ parte exciſa, aut ẽt totis bene alte pręciſis, dũra cicatrice,quod intereſt, intercipimus. Qua diſiunctæ inciſæ vaſis partes,continuæ præterea non ſint:nec ex altera in alteram confluere aliquid poſſit. Cæterum,cum eorum vaſorum, quæ in

profundo

profundo sunt recondita, ac è superiore ad oculos vnà cum neruis perueniunt, vitium est, nihil E
horum agi licet: Proinde ægre curabiles omnes eiusmodi fluxiones sunt. Quæ vero extrinsecus
posita vasa sunt, ea vel sine chirurgia roborare licet, illitis medicamẽtis, quæ robur inserant, Græ-
ci Tonica vocant. Est &, quando calidus sanguis, ac vaporum plenus ad caput ascendit, ac ma- * Tonetica.
xime in arterijs redundat. Cui vitio excogitatum saluberrimum remediũ medicis est, vt ipsa in-
cidatur arteria. Oportet autem deraso capite curiose tangere, tum, quæ retro, tum, quæ secundũ
vtranq; aurem sunt, arterias: præterea, quæ in fronte, & quæ in temporibus sunt. Quarum, quæ
calidiores alijs apparebunt, ac maiorem exhibentes pulsum, hæ sunt incidendę. Quæcunq; vero
& paruæ & prope cutẽ resident, harum vel si partem aliquam excideris, veluti facere in crurum
varicibus solemus, aptius erit. Nostroq; tempore quidam ex ocularijs medicis non minimus, ex
arterijs, quæ in temporum summis musculis residẽt, non exiguam excidit partem. Ac ferè qui-
dem, cum excisa est arteria, reliquæ eius partes ad sibi continuas retrahuntur. Euenitq; id magis
in ijs arterijs, quæ tum minores sunt, tum minorem exhibent pulsum. Quòd si inter nudandũ ap-
pareat tibi vas magnum, aut magnum exhibere pulsum, tutius fuerit vinculo id prius excipere:
mox, quod in medio est, præcidere. Sunto autẽ eiusmodi vincula ex materia aliqua ægre putresci-
bili. Talis autem Romæ est ea, quæ Gaietanorum dicitur, ipsa ex Gallijs aduecta: vendita vero F
maxime in sacra via, quæ à templo descendit ad fora. Ac horum quidem Romæ facilis est copia:
vilissime enim venduntur. At, si in alia vrbe artem exerceas, comparetur filum aliquod ex ijs, quę
serica nuncupantur. Habent enim ea diuites mulieres in multis sub ditione Romanorum locis,
potissimum in magnis vrbibus, in quibus multæ sunt mulieres id genus. Sin huius facultas non
est, ex ijs, quæ inueniuntur in regione, quã incolis, deligito materiam, quæ minus sit putrescibilis:
cuiusmodi est gracilium chordarum. Nam, quæ facile putrescunt, eæ cito à vasis decidunt. Nos ve
ro post, quam vndiq; sunt carne impleta, decidere vincula volumus. Quæ nanq; caro in absciss
vasorum partibus coalescit, ea pro operculo est, ac osculum eorum cludit. Postea vero, quàm id fa
ctum cernitur, decidere iam vincula secure possunt. At vero, cum venarum partem aliquam ex-
ciderís, non est opus, eas tàm imputrescibili materia deliges, sed sufficerit alia quæpiam. Siquidẽ
in arterijs perpetuus motus insecti vasis ora resoluit. In venis aũt, postea, quã semel sunt vtcunq;
clausæ, siue per deligaturam constrictæ, siue per medicamentum adstrictæ, permittunt circũposi-
tam carnem circa coalescere, potissimum si, qui curatur, in motam partẽ seruet, magisq; ẽt, si toto
corpore vacuato ipsam attollat. Quippe etiam varices ita curamus. Vocatur aũt varix vena dila-
tata. Porrò dilatatur in testiculis & cruribus omninò. Sed, quoniam, cum hos adhuc scríberem cõ- G τραύματων.
mentarios, non pauci amicorum rogarunt, vt in fine totius operis omnia, quæ ad chirurgian perti
nent, deinceps memorem, idcirco tractatio de varicibus nunc differatur. Cũ vero non pauci spe-
ciatim sint oculorum morbi, qui magis specialem curationem desiderent, ne de his quidẽ hoc lo-
co pluribus est agendum. Nam, qui curiose, quæ prædicta sunt, legerit, & naturali prudentia fue-
rit, huic omnia inuenire, eorum ratione sequenti, nullo negocio licebit. Qui aũt tales non sunt, ijs
satius fuerit omnium vitiorum, quæ oculis incidunt, curãdi rationem priuatim scríbere: maxime
cum amicorum non pauci ita postulent.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER QVARTVSDECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI. H

De reliquis tumoribus & affectibus præter naturam curandis, sumpta ex singulorum generibus curandi indicatione.

Quid differat inflammatio, & Erysipelas. CAP. 1.

DE tumoribus, qui præter naturã in corpore cõsistũt, quot numero, qualesq; sint, proditum à nobis singulari volumine seorsum prius est. Quẽadmodũ autẽ hi methodo curandi sint (quod vtiq; docere propria propositi operis professio est) in horũ cõmẽtariorum tertiodecimo præcipere cœpimus. Et, quoniam in superioribus de omni febrium ratione sermo erat habitus, aptius mihi visum est de phlegmone primum differere, vt quæ & frequentissime incideret, & febres sub inde accenderet. Ac dictum quidẽ nõ nihil fuerat in febriũ curatione inter cæteras earum causas, ẽt de phlegmone. Verũ absolutus sermo, & qui proprie illi debebatur, in libro, q hunc præcedit, est traditus: in quo methodũ curãdę eius, qualis nam esse conueniat, tradidimus:

nequaquam

A nequaq; tñ auxiliorũ materiam, nisi tm exempli gratia, sicut in superioribus fecimus. Haud longe
vero à phlegmone abest & alius morbus, quem Græci Erysipelas vocant. Is, vti monstratum est,
ex bilioso succo nascitur. Sed præstiterit fortassis eum pluribus verbis à phlegmone distinguere.
Ergo communia amborum sunt, tum tumor, qui præter naturam sit, tum vero calor. Dissident
inter se primum & maxime colore: quando, si is ruber sit, phlegmonen vitium appellãt: sin palli-
dus flauus ve, vel ex pallido flauoq; colore mistus, erysipelas. Præterea pulsatio magnæ phlegmo
nes proprium est symptoma, quippe quæ alte magis in corpus demittitur: Erysipelas vero in cu-
te potius cõsistit, quàm alte descendit. Tenuis nanque substantiæ est pallidæ bilis humor. Itaque
facile ad ipsam cutim transfluit, carnosis rarisq; corporibus trãsmissis. Cutis vero densitas non * διερχόμενος.
æque est huic bili peruia, nisi si admodum tenuis aquosaq; sit. Talis nanque maxime est etiã, quæ
quotidie cum sudore exit. Licetq; multorum, qui in balneis sudorem sibi strigilibus detergunt,
hunc eius videre coloris, cuius lotium est, ijs, qui diutius cibo abstinuerunt. Neque enim ignoras
eorum, qui inediam diu tolerant, pallidius ex aquoso lotium reddi, mox vero ẽt flauum, nisi quis
prius humectante nutrimẽto potioneq; squallorem corporis irroret. Ac corpore quidem pro na-
turæ modo gubernato, amaræ bilis succus inuisibiliter exhalat: Præter naturam vero se haben-
B te, tum alijs (de quibus post agetur) vitijs redundat: tum vero eo, de quo nunc agitur, quod erysi- * ἐρυθρώσ.
pelas vocant. Cum enim vel longe copiosior, vel crassior, q̃ pro naturę modo, redditus, vniuersus
ad cutim compulsus fuerit, eam tum perurit, tum in tumorem attollit.

Quo pacto inflammatio, & Erysipelas oriantur, ac de ipsorum generibus. CAP. 2.

SEd satius est, veluti semper non dicimus modo, sed etiam facimus, ita nunc quoq; à rebus non
à nominibus initium faciamus: alterumq; principium, priore scilicet commodius, eiusmodi,
sermoni demus. Cum sanguis copiosus in aliquam particulam procubuit sic, vt ab eius particulæ
vasis nequeat contineri, exilitq; aliquid instar roris ex ipsis vasis in ea musculorum spatia, quæ si-
milaribus corporibus, ex quibus componuntur, interueniunt, vtiq; tumor ex plenitudine oritur,
cui succedit cutis tensio, †{& in alta carne cum pulsu dolor, }- & tangenti renixus quidam, & ru- *ὀδύνη δ' ἐν τῷ
bor, & calor, ipsa nimirum cute ea, quæ subiecta sibi caro patitur, sentiẽte. Similis iam dicto & in βάθει, καὶ πό-
visceribus affectus oritur. Est enim his quoq; sua quædam caro, quam aliqui Parenchyma græce νος μετὰ σφυγ
vocant, in quam videlicet sanguis ex refertis vasis halitus specie exudans, iam dicta symptomata μοῦ.
efficit. Atque hic vnus affectus est sanguineæ fluxionis soboles, in carnosa corpora maxime inci-
dens. Secundus alter bilioſæ fluxionis germen est, ac circa cutim maxime consistens, tum hanc
C externam, quæ omnium partium commune est tegumentum, tum membranosam & tenuẽ, quæ
singulis internarum est circũdata. Ergo, sicuti prior affectus etiam cutis aliquid apprehendit, ita
hic quoq; aliquid subiectæ sibi carnis occupat. Quòd si crassior humor acriorq; sit, summam cuti
culam (Græci Epidermida vocãt) excoriat: spatioq; temporis ad profundum aliquãdo cutis exul-
ceratio peruenit. Atq; hic quidem affectus erysipelas nuncupetur, duplicem (vt iam dictum est)
habens differentiam, quòd vel absq; exulceratione, vel vnà cum hac incidat. Prior autem affectus
vnius rationis est, voceturq; phlegmone. Cum ergo nec planè bilioſa, nec sanguinea fluxio est,
sed ex ambabus mista, vtiq; ab eo, quod in mistura exuperat, nomen ipsi indatur, ac dicatur de eo
id, quod exuperatur, sic, vt vel phlegmonẽ erysipelatosam id vocemus, vel erysipelas phlegmo-
nosum. Vbi autem neutrum vincit, ibi vitium phlegmones erysipelatosq; medium nominetur.

Ratio curandi simplex, & cum reliquis affectibus iunctum Erysipelas. CAP. 3.

CVrationis vero methodus, sicuti in alijs compositis, ita et nunc tradatur, initio à simplicibus
sumpto. Ergo omnibus, qui sic præter naturam consistunt, tumoribus communis indicã-
tio vacuatio est. Adieci vero illud /sic/ admonens te multitudinis humorum, qui eos excitent.
Nam, siquis eos vacuet, naturalem habitum membrum recipiet. Iam vacuatio pari modo in om-
D nibus, duplex est, vna repellentium ad alias partes altera foras digerentium per eum, qui sensum
fugiat, halitum. At, quoniam erysipelas nõ quantitate modo affligit, sed etiam qualitate ipsa ex
vehemẽti scilicet inflammatione crucitat, ampliorẽ refrigerationem, quàm phlegmone, requirit.
Nec tamen non periculosa toti corpori est eiusmodi curatio propterea, quòd bilis interim ad ali-
quod princeps membrum fertur: quippe cum, si vel sanguis ipse abundet, haud tutum sit ex mi-
noris notæ membris fluxionem eius repellere. Tanquam igitur in illa post totius corporis va-
cuationem Apocrustícis, id est repellentibus, vocatis auxilijs vsi sumus, ita nunc quoq; faciemus,
sed pro sanguinis missione, medicamẽto, qđ bilẽ trahat, purgantes: ipsam vero afflictam particu-
lã refrigerantes. Esto aũt refrigerationis terminus, ipsa coloris mutatio. Etenim, quod purũ erysi
pelas est, statim cum hoc quiescit: quod non purum est, sed iam quodammodo phlegmonodes, si
pluſculum refrigeres, liuidã cutim præfert. Sin ne sic quidem quis desistat, nigricat, potissimũ in
seníli corpore, sic, vt quædam ita refrigeratorum ne digerentibus quidem medicamentis ad per-
fectionem sanentur, sed scirrhosus quidam tumor in particula relinquatur. Ergo satius est, vbi la-
borantis particulæ alteratum colorẽ videris, à refrigerantibus adstringentibusq; ad contraria trã-
sire prius, quã vel liuida, vel nigra prorsus fiat. Porrò refrigerãtiũ materia in opere de medicamẽ-
tis est tradita. Solanũ, & semperuiuum, & portulaca, & vmbilicus veneris, & psyllium, & altercũ,

&

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

& lactuca,& intybum,& lenticula paluſtris,& cerata ex aqua admodum frigida,& alia id genus. E Vbi vero inflammatio ęgrotantis membri iam deſiit,cataplaſma illi prius,quàm liueat,ex hordei farina (ὠμὴν λύσιν græce voco)eſt imponendum.Quòd ſi iam liuor occuparit,inciſa cute cataplaſma ſuperponendum eſt,†{perfundendusq; locus plurimum quidem ex aqua calida:ſed & marina aqua,& muria interim conducet. Quinetiam ipſi cataplaſmati eiuſmodi aqua,vel acetum,vel oxalme miſceatur.} Hoc tempore etiam coriandrum cum polenta quidam eſſe falubre eryſipelatum medicamentum ſcripſerunt.Alij rurſus eodem inter initia vſi,magnæ noxæ occaſio laborantibus fuere.Sed & roſaceum ceratum,cui immiſtum ſit calcis aliquid,eodem modo ſunt,qui prodiderunt eryſipelati prodeſſe,aliaq; ſimilis generis non nulla ex ijs,q̃ valenter excalfaciant. Quorum nullum eſt eryſipelatis medela ante,quàm videlicet mutatũ deſinat eẽ id,quod ab initio fuerat,atq; alterum iam,illiq; contrarium euaſerit.Quomodo enim,queſo, non ſit contrarius calido affectui frigidus:aut ei,qui flauo aut pallido colore eſt,is,qui liuidus aut niger eſt? Sicuti autem ſubinde phlegmonæ admiſcetur eryſipelas,ita etiam aliquando œdemati:ac vocetur,quod ex ambobus tum eſt conflatum,eryſipelas œdematoſum non ſecus,q̃,vbi ex refrigerando durũ ægreq; reſolubile redditur,vocabitur eryſipelas ſcirrhoſum.Iam curatio quoq;, veluti i omnibus cõpoſitis,ita in his adminiſtrabitur: ac potiſſimum quidem contra exuperans pugnabitur,non prætermiſſa tamen nec ea,quæ ex admiſto præſtatur,faciendorum indicatione. F

*σίρις

†Antiqui codi. ita legunt οἰῶνεῖν τε τὰ μὲν πλεῖστα δὶ ὕδατος θερμοῦ καὶ θαλάσσης καὶ ἅλμης. ποτὲ δὲ συνθείσης καὶ αὐτῷ γε τῷ καταπλάσματι μιγνῦναι τὶ τοιοῦτον ὕδωρ ἢ ὀξος ἢ ὀξάλμην.i. perfundéduſq; eſt locus plurimũ q dẽ ex aqua calida, & marina aqua,& muria. nõ nũquã vero cõducet ipſi cataplaſmati eiuſmodi aquã, vel acetũ,vel oxalmen miſcere.

† Hæc nõ ſunt in antiquis codicibus.

*in antiqs legitur πάθους, id-eſt affectionis.

De curandis œdematis,& ſcirrho. CAP. 4.

SIcut autem ex bilioſa fluxione eryſipelas,ita ex pituitoſa conſtat œdema ipſum,rarus quidam atq; indolens tumor.Equidem ſcio aliter quoq; œdemata prouenire,†{ſicut} in pedibus,in intercutis aquæ affectibus,& phthois,alijſq;,†{qui vehementes ſint,} malis corporis habitibus. Atq; in illis quidem œdema multitudinis eius,quæ hominem premit,eſt ſymptoma,nullam ſeorſum propriam curationem requirens.Nam ſatis erit, (ſi modo curatione egebit,) ipſa tum crura perfricare aliàs oxyrhodino,aliàs oleo cum ſale, aut etiam oxyrhodino ſal habente. At,ſi ex pituitoſo humore in particulam influente œdema conſtitit,abunde aliquãdo ſatisfacit ſpõgia, quæ ex aqua,in qua ſit aceti aliquid,maduerit. Porrò hæc ita attemperabitur,vt vel bibi poſſit, vel vt non multum ſupra hoc,aceti habeat. Deligare vero ſpongiam debebis, ab inferiore parte incipiens,ac ſupra finiens.Eſto autem ſpongia, ſi modo conductura ſit,omnino noua.Huius ſi copia non eſt,cuius erit,hanc detergebis expurgabisq; nitro, & aphronitro,& aqua lixina.Quòd ſi ſub his œdema non ſubſidat,vbi rurſus deligabis,puſillum aliquid aluminis conijcies, ac nouam ſpõgiam admouebis.Si nouæ copia non ſit,melius eſt eo, quod vulgus vocat Elychnion, vtare. Id vero ante omnia molle eſto:quod genus Tarſicum eſt. Cuius ſi facultas eſt, audacter vtitor: vtilius enim experiere,quàm ſpongiam. Madeat vero ex puſca, quæ aliquid habeat aluminis:tum (vt præſcriptum eſt)deligetur ab inferiore ſurſum. Sit autem arctatio mediocris, veluti in oſſis fractura.ac primæ quidem faſciæ iniectiones,quæ ſcilicet inferne incipiunt,magis arctandæ:quæ deinceps ſunt,ſenſim remittendæ,cæterum non adeo, vt laxa ſit aliqua deligationis pars. Porrò idoneum medicamentum ad hæc & Glaucium eſt,tum ipſum per ſe liquatum ex puſca, tum vel magis medicamentum noſtrum,quod ex eo compoſitum eſt.Cuius compoſitionem habes in eo opere,quod de medicamentis eſt inſcriptum. Sanè hactenus à me ſcripta fuerant opera tria,vnũ de ſimplicibus:alterum poſt hoc de compoſitione medicamentorum:& tertium de facile parabilibus. Quartum autem adſcribere conſtituì: quandoquidem multi amicorum ita ſuadẽt.In eo de communibus & proprijs cuiuſq; partis & vitij medicamentis agetur. Verum medicamen illud, quod Glaucium habet,non œdemata modo, verum multo etiam magis tũ eryſipelata, tũ phlegmonas incipientes ſanat,ac potiſſimum calidas. Manifeſtum autem,quòd eryſipelatoſas phlegmonas,& eryſipelata phlegmonoſa idem medicamentum ſanet: At non eas phlegmonas,quæ in ſcirrhum iam tranſierunt:aut eryſipelata,quæ iam refrixerunt: aut denique vllum ſcirrhoſum affectum ſanauerit: de quibus vtique in quinto de ſimplicium medicamentorum facultatibus aliquid eſt proditum: dicetur vero & nunc. Siquidem humor,vnde eiuſmodi vitium naſcitur,aut glutinoſus eſt,aut craſſus,aut vtriuſq; rationis particeps. Curandi vero eius communis indicatio eſt,vt,quod præter naturam in particula eſt,totum vacuetur. Modus tamen vacuationis eius proprius eſt.Nam detergere id,vbi contumaciter inhæret,oportebit. Quòd ſiquis ijs,quę vehementer trahunt, digeruntq;, medicamentis vacuare tentet, nec ijs, quæ humectent & excalfaciant,molliat ac liquet,huic paucis primis diebus egregie proceſſiſſe curatio videbitur,cæterum, quod de affectu reſtabit, id inſanabile erit: ſiquidem toto, quod in eo tenuium partium erat,digeſto, quod reliquum eſt, veluti lapidoſa concretio,linquetur. Quippe etiam,qui in articulari morbo viſuntur pori, ex humore craſſo glutinoſoq; prouenium: quando is non paulatim eſt digeſtus, ſed violentis medicamentis totus ſimul ſiccatus. Ad eundem modum & calculi generantur in renibus, aſſo ſcilicet in his craſſo glutinoſoq; ſucco. Hac igitur de cauſa ad ſcirrhoſos affectus nullum vehementer excalfaciens ſiccans ve medicamentum eſt aptum,ſed ea tantum,quę cum molliendo digerere poſſunt:cuiuſmodi ſunt tum ceruina medulla,tum vitulina,tum ſeuum hircinum,& taurinum,& leoninum: ad hæc ammoniacum thymiama, & bdellium vtrunq;, magiſq; G

* ἀθρόως.

A giſq; Scythicum,quanto videlicet eſt humentius. Pari modo & ſtyrax,qui humentior eſt, ſicco vtilior eſt.His igitur indicationibus attentus,etiam complicatos affectus ſanare poteris, pro ſubinde iam dicta in omnibus compoſitis vitijs methodo.

Indicationes remediorum,quæ in ſcirrhis & œdemate ab affectis partibus præbentur. CAP. 5.

MIhi vero iam tempeſtiuum fuerit de affectarum partium differentia mentionem facere:quã ſemper in omnibus tum morbis, tum ſymptomatis in memoria habendam cenſui. Diximus autem non pauca de indicatione,quæ ab ijs ſumitur,in libro, qui hunc præcedit. Siquidem omnium,qui præter naturam ſunt,tumorum,in quibus vtique adhuc non ſunt geniti pori,prima curationis indicatio vacuatio eſt. Earum vero partium, quæ iam ſcirrhum contraxerunt,vacuatio per iam dicta medicamenta perficitur:vocareq; ea malactica,id eſt mollientia, medici ſolent. Quoniam auem membrorum alia rariora naturaliter ſunt, alia denſiora, etiam vacuationem eorum diuerſa ſpecie remedia poſtulare eſt neceſſum. Hac igitur de cauſa tum in tendonibus,tum in ligamentis,{cum ſcirrhoſa fuerint,} viſum mihi ſatius eſt ei curationi,quam per mollientia medicamenta molimur,aliquid incidentium admiſcere. Ex quorum numero vel in primis acetum eſt.Interim vero & in alijs partibus,quas ſcirrhus affecit,eo vtimur:vt paulo poſt dicam. Verum B in tendonibus & ligamentis in hunc modum:In aceto acerrimo candentem igni lapidem extinguo,ac,ſi quidem haberi poteſt,qui certe in magnis vrbibus rarus non eſt,pyriten:Sin eius copia non datur,molarem,Græci Myliten vocant,ſcilicet ex quo molas,quibus molimus,faciunt. Deinde aſcendente poſt infuſum lapidi acetum vapore calido,in hoc dimoueri ſcirrhoſum ligamentum vel tendonem cogo:atque exinde rurſus medicamen, quod molliat, impono. Oleo tamen principio curationis, nõ aqua, quotidie omnino laborantem particulam perfundo. Eſto autẽ id oleum haudquaq; adſtringens,ſed planè tenuium partium,cuiuſmodi Sabinum eſt.Incoquimus aũt oleo interdum althææ radicem,ac ſylueſtris cucumeris, & ſiqua eſt eius generis alia. Atque hoc vtor(vt dixi)quotidie. Cæterum curatio,quæ per acetum adminiſtratur, vtilis eſt vitio iam adulto,& cum præparata iam ſub mollientibus pars fuerit.Excogitaui autem & compoſita quędam ex aceto medicamenta,quæ inter mollientium vſum ad vnum diem impono. Siquidẽ aceti vis,modo ea quis modice & debito tempore vtatur,ſalutaris eiuſmodi affectibus eſt, ceu craſſos viſcidosq; humores diſſecans ac diſſoluens:ſin vel immoderatius,vel in tempore non idoneo, tenuiores partes violenter abſumens,id,quod reliquum eſt,lapideſcere ſinit. Sed & ſiquis eo diutius vtatur,ſubſtantiam ipſam neruorum delibauerit. Ob id igitur nec ſæpe, nec inter initia,nec C longo tempore,medicamentis,quæ ex aceto componuntur, ad ligamenta & tendones eſt vtendũ. At in liene & carnoſis muſculi partibus ſcirrho affectis tutus eius eſt vſus.Quippe raræ ſunt naturaliter hæ partes,nec eſt quod metuas,nequis neruus eius vi lædatur. Ac ammoniaco quidẽ thymiamate cum aceto ẽt alij non pauci lieni imponentes vtuntur,ad luti.ſ.craſſitudinem, quod ex vtriſq; miſtum eſt,redacto.Idq; ſolum ei curando ſępe ſatis fuit.Ad muſculos vero,alium ſanè non vidi: ego vero ẽt ſæpe ſum vſus,vtiq; mollientium vſui interponens. Atq; ſub illis nulla cernitur euidẽs vtilitas.Sed poſtea,q̃ mollitus p ea ſcirrhoſus tumor eſt,maximũ certe vſum ammoniacũ aceto liquatũ confert.Sufficit aũt eo vno altero ve die vſos,rurſus ad molliẽtia reuerti. Ac rurſus his pluribus diebus vſos,denuo ad medicamen,quod ex aceto ſit, redire,ſiue id ammoniacum,ſiue quid aliud habeat eorum mollientiũ, quæ paulo ſupra ſunt comprehenſa. Neq;.n.aliud quicq̃ eſt admouendũ: cuiuſmodi.ſ.pleraq; ſunt eorũ medicamentorũ,q̃ ſiccã vocãt. Siqdẽ inter initia medicamentũ probabis,ſed id inſanabiles affectionis reliquias relinquet.Ego nãq; eius rei cã in medio tpe cataplaſmate ex althæa ſum vſus. Vocat aũt hanc vulgus Anadendromalachen. Huius igit radix ſeuo ſoluta ſalutare ad talia medicamẽtũ eſt. Eſto aũt ſeuũ,ſi fieri põt, anſerinũ: Sin id non ſit,gallinaceũ:Sin nec huius facultas ſit,ſuillo vtẽdũ.Sed & ſylueſtris maluæ, q̃ paſſim D naſcit, folia cũ ſupradictorũ aliquo tuſa, efficient.Meliora tñ crudis ſunt,q̃ modice ante ſunt decocta.Ac eiuſmodi quidẽ auxilia, & curationis variatio,qualis iã cõprehenſa eſt, oĩum particularũ, quæ ſcirrhoſis vitijs ſunt affectiæ,cõia ſunt.Ad eundẽ modũ œdematum curatio, quã paulo ante memorauimus,cõprehenſis iã differentijs p particulas variat.Iis.n.q̃ in præcordijs ſunt,œdematis nemo frigidã ex puſca ſpongiã applicuerit:veluti nec alijs,q in his ſunt, tumoribus.Iam qs abſinthiũ oleo incoquens,genu vnq̃ perfudit? Quis oculum,aut aliquid eorum,quæ intra os ſunt, qualitercunq; affectũ? At iecinori ægroranti & lieni ſubinde cum maxima vtilitate adhibet. Docet id ipſum & experientia,quæ vim eorum euidenter indicat,non ſecus, q̃ rõ. Nos tñ nunc hoc opere ſolam eam remediorum inuentionem,quæ methodo paritur,qualis nam ſit, diſſerimus.In operibus de medicamentis ambas miſcuimus,omnia medico cognoſcenda eſſe rati, tum quæ ſolo inuenta ſunt vſu:tum q̃ ſola ratione:ad hæc tertio loco, quæ conferentibus ad inuentionẽ vtriſq;. Omnibus autem his ille ſolus commode vtetur,qui in hac methodo eſt exercitatus.

* In antiqs codicibus legitur ὀξυμρῶν. i. quæ acetũ recipiũt.

Tumorum induratorum differentia,& qui proprie ſcirrhi appellentur. CAP. 6.

AC de phlegmone quidem ſcirrho & œdemate ſatis ſunto, quæ hactenus ſunt comprehenſa,illo non omiſſo, quòd ſcirrhum nominamus tumorem durum, qui ſine dolore eſt, non tamen omnino ſine ſenſu,talis enim ſanabilis non eſt.reliqui omnes,ſicut ægrius ſenſilem ipſam

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

partem affectam reddunt,ita omnino insensibilem non faciunt,vtique si sensilis natura sit. Ligamenta nanque scimus insensilia esse.†{Quòd siquis eos duntaxat tumores,qui & præter naturã sunt,& omnino insensiles,}scirrhos appellandos censeat,reliquos non scirrhos,sed tumores scirrhosos,& se de nominibus litigare sciat:& nos, quoties cum eo disputabimus, ita quoq; affectum nominabimus. Siquidem is mos noster est,quibus quisq; nominibus delectatur,ijsdem in disputatione cum illo vti. E

† Quod siquis dũtaxat tumores præter naturam, qui sint insensiles.

De inflationibus curandis,ac præsertim de Priapismo. CAP. 7.

NVnc tempestiuum est,vt de inflationibus disseramus: quibus diuersa ab œdematis curatio est. Illa nanq;,ceu diximus,ex pituitoso succo ortum habent, proinde prementibus nobis cedunt,digitiq; admodum alte in ipsa descẽdunt. Inflationes vero ex flatuoso spiritu collecto nascuntur,aliàs sub cute,aliàs sub membranis,quæ ossibus circũdãtur,aut musculos viscerum've aliquod includũt. Porrò colligitur aliquando non parum etiam in ventriculo & intestinis, itemq; in medio spatio horum & peritonæi. Differunt quoq; hæc ab œdematis,q; & pressa digitis nõ retinẽt vestigium,& sonitum, veluti tympanum, reddunt: Itemq; quòd in cauitate sensibili subinde continentur,atq; hac non nunquam maxima. Indicãtio autem curationis omnium communis est,vt,quod præter naturam est,vacuetur,in quocunq; id contineatur: Propria vero post hanc cõmunem est,vt tenuissimis & calidis potestate medicamentis. Atq; in ventriculo quidẽ & visceribus oleum,quod tenuium est partium,quodq; rutam habet incoctam, aut aliquod calidorum seminum,cuiusmodi sunt cumini,& apij,& petroselini,id præstabit: Aliquando vero & cucurbita magna bis ter've sine incisione medio ventri affixa. Tanta vero ac taliter applicata etiam totum vmbilicum comprehẽdet. At in artubus & musculis,qui sub cute,aut etiam membranis, quę ossa vestiunt, inflatio orta, si citra dolorem sit, liquor aliquis tenuissimarum partium, cuiusmodi est lixiuium noua spongia exceptum, satisfecerit: sin dolor quoq; vrget, vngenda pars est oleo, quod relaxandi remittendiq; vim habeat. Incidũt porrò ex percussionibus eiusmodi affectus,vbi scilicet vel musculus,vel membrana,quæ os circuit,est contusa. Ac super membranam quidem, quæ os ambit,antedicta imponenda est spongia. Ad musculos vero(nanq; hi aliquando dolent) medicamentum,quod magis mitiget,est adhibendum. Quo fit,vt ad hos solo lixiuio nõ vtamur, sed immissa ei tum sapa, tum pauculo oleo. Satius autem fuerit in principio non addidisse lixiuiũ, sed sapa cum vino & exiguo aceto vti,ac,quod mediocre sit,olei adijcere: vbi mista sunt, modice excalfacere,ac lanam nõ lotam,quam œsyperon,id est succidam vocant, ipsis imbutam imponere. Quòd si eiusmodi lanæ facultas non sit,ipsius œsypus iniiciendus miscellæ supradictæ est. Quòd autem atticus œsypus cæteris omnibus præstet, tametsi à me non dicatur, ipse scis. Quinetiam ceratum,quod ex œsypo componitur, medicamentum est omnibus notum. Vtuntur plurimi eo ad phlegmonas,quæ in præcordijs sunt. Ergo huius quoque aliquid, vbi œsypus præstò non est,recte inieceris. Debent enim contusi musculi leniri medicamento, cui mista facultas sit, quæ simul concoquat, digerat,& modice astringat: quando,si nihil habet adstrictionis, auget aliquando phlegmonas: ac maxime in ijs corporibus,quæ plethorica sunt. Ergo trium iam comprehensarum indicationum in inflatis ex plaga quadam musculis memor,vbi dolor maior vrget, mitigatiua magis ratione veteris:vbi abest, †{maiori vi instabis.}Maiorem vim intelligo, cum breui via properatur ad finem. Porrò breuis via fit per ea medicamenta, quæ valentes habent vires:hæ maxime in lixiuio & aceto habentur,post hæc in vino. Quoties igitur de mitigando non laboras,horum plus in misturam conijcies. Rursus, vbi repellere studes, vini plus, quàm horum, immittes. Porrò id optimum in hunc vsum fuerit, si nigrum austerumq; sit. At,si digerere males,lixiuij plus indes. Acetum vero si his miscebis,ad ambo erit vtile propterea, quòd mistas (vt monstratum est) habet facultates. Vbi vero musculus sine dolore est, licet sanè in lixiuij penuria pro eo aphronitrum immittere. Esto autem id minime lapidosum,sed magis spumosum. Est vero,quod lapidosum est,durum & spissum,ac ægre liquabile,cum dictis liquoribus miscetur: Spumosum vero molle est & laxum,itẽq; candidius,quam lapidosum. Hoc itaque tum celerrime ab humore soluitur,tum iuuat maxime,vtpote tenuium partium. Quę vero huius generis inflationes neglectæ inueterarunt, primo quidem loco his ea, quæ ex lixiuio componuntur (vt prędictum est)adhibeas: secundo loco emplasticum aliquod. Dicam autem & horum exemplũ. Strigmenta gymnasiorum feruefacta percola primum sic,vt pura sint: deinde rursum in cacabum immissis,calcem viuam in farinæ speciem tunsam insperge ad luti vsque crassitudinem. Salutare his est & medicamen,quod ex sycomoro componitur,aliaq; id genus. Nunc enim(vt dictum est)exẽpla tantum eorum medicamentorum scribo,quorum generalis facultas per medendi methodum inuenitur. Tanquam vero medicamentorum hoc loco ponuntur exempla, tum vt tota hæc methodus clarius intelligatur: tum vt magis nobis ad inueniendam materiam facultas suppetat: sic etiam & affectarum corporis particularum proponuntur. Statim enim affectus quidã est,quẽ iuniores Priapismum nuncuparunt propterea, quòd ijs,qui sic sunt affecti, etiam inuitis pudendum arrigitur. quod vbi viderit quispiam,qui in his commentarijs est exercitatus, protinus intelliget ex inflationũ esse genere. Qui.n.memoria tenuerit tum omnia, quæ in dissectione eius mẽbri F G H

† ἀγωνιστικότερω τρόπῳ χρῶ.

A bri apparẽt,tum quæ de functione eius & vsu in naturalibus libris sunt prodita, is nullo negocio intelliget,q; cauernosus neruus,qui propriam colis substantiam cõstituit,halituoso spiritu implet⁹ affectum hunc excitat. Porrò halituosum spiritum in animalis corpore ex succis,qui lente sẽsim'ue excalfiãt, nasci didicimus. Quippe,vbi tum insitus calor validus est,tum partis humiditas ad summum concocta,vtiq; in tenuem halitum soluta insensibili trãspiratu in ambientem effluit: Contra,vbi vel ingenitus calor imbecillior est,vel naturalis humor tum semicoctus, tum crassus, tum glutinosus,ibi crassior excitatur halitus,q; vt trãspirare possit,ac potissimum sicubi particula ipsa densior est reddita. Non nunquam vero humor, qui in membro continetur, subfrigidus est, præterea crassus & glutinosus: auctior vero calor in halitus eũ crassos resoluit. Quæ res profectò magnopere tibi ad curationem æstimanda discernẽdaq; est. Siquidem principium ambobus affectibus commune est,nempe totum prius corpus vacuare,†{modo id capax vacuationis sit.}Dictum vero à nobis sæpe est de vacuantium auxiliorum facultate. Ea sunt missio sanguinis: & purgatio tum per ea medicamenta,quæ subter expellunt,tum per ea,quæ supra,siue ea vomitoria dicere mauis: præterea multa fricti⁹,& omnis dimotio: itemq; balneum,potissimum quod ex aquis sit digerentibus. Sed & acria medicamenta illita per halitum digerunt, omniaq; vno verbo, quæ B calfaciunt & siccant. Ex accidenti etiam vacuare indicauimus & cibi abstinentiam, potissimum vbi ambiens calet. Ergo, quicquid horum sustinere cubans aptissime potest,eo est vacuandus,imponendumq; ipsi laboranti particulæ medicamentum,si ea calidior sit effecta, quod ad portionẽ caloris abundantis refrigeret. Sin aliter,inter initia quidem omnino, quod modice refrigeret: postea vero id necessum non est. Pari modo,& quæ circa lumbos sunt particulæ omnes, eiusdem facultatis medicamento sunt comprehendendæ: etiam reliquus victus exhibẽdus, qui & flatui aduersetur,& siccet. Incidit vero vitium hoc non sanè multis,sed iuuenibus magis, q; alijs ætatibus: quo magis his sanguinis missio præcipue est salutaris, ceu nec ætate eorum eam recusante. Scio enim ipse quendam à me curatum tribus diebus, naturalem habitum recepisse, sanguine primũ misso, dein medicamento hoc adhibito. Ceratum ex simplici rosaceo factum ita liquidum, sicut ad fracturas vti solemus,aqua frigida imbuens,ac simul cum ea subigens (nã æstatis initium erat) pudendo ac lumbis imposui: atq; ita quidem hunc percurau⁹i: simili modo & aliũ,qui post missum sanguinem humido medicamento,quod ex chamæmelo conficitur,est vsus. Porrò ijs etiã nymphęa aliquid potandum exhibeo,saltem in principio: mox amẽrinæ semen: ac,si traxerit adhuc vitium,rutæ semen copiose comedendum. Est enim illud commune præceptum omnium fermè, C quos vitiosus succus creat,morborũ,quòd in fine calfacientibus & siccantibus sit vtendum: quippe hæc,quod reliquum humoris est,prorsus absumunt.

† τῆς ἄγνου. i. viticis.

Quo pacto prætumida lingua laborans à Galeno curatus sit. CAP. 8.

SAnè linguam ita tumefactam cuidam vidimus,vt ore hominis contineri non posset. Huic nec vena vnq; incisa fuerat,& sexagenarius iam erat: horaq; diei ferè decima erat, cum ad eum primum accessi & vidi. Ac visus mihi est vsitatis mihi pilulis,quæ ex aloe,scammonea, & colocynthidæ constant,vespere datis purgandus: ipsi tamen particulæ afflictæ suasi refrigerantium aliquid imponere,saltem in initio. Polt enim,inquam, applicabimus,prout suadebit euentus. Verum id vni medicorum non placebat: ac propterea pilulas quidem sumpsit,de locali tamen remedio deliberatio in diem posterum est dilata: quo tempore etiam efficacius aliquid præstiturum quicquid probatum fuisset,sperabatur,& purgato scilicet iam toto corpore, & humoribus ad inferna reuulsis. Cæterum ea nocte euidentissimum per quietem insomnium, nostrum homini consilium approbauit,ac materiam ipsam medicamẽti desumpsit,lactucæ succo collui iubens: quo ille solo vsus, prorsus est sanatus, nullius alterius egens. Quòd autem in priapismo vomitorijs medicamentis potius,q; subducentibus,sit vtendum,in linguæ vitio contra,id ex partium situ indicari manifestum est. Nam auersionis in contrarium(quæ ab Hippocrate antispasis dicitur)non à substãtia, D sed à curandi membri positu,inuentio præstatur.

† τῇ τόις οἴνοις ὑφιζανούσῃ. i. quę ī vinis subsidet.

De Cancri ortu,& curatione. CAP. 9.

IAm vero tempus monet,vt ad aliud tumorum genus trãseamus,atq; à re potius,q; nomine, inijcium faciamus. Ea nanq; est haud dubie vereq; scientifica doctrina. Quòd igitur omnibus eiusmodi tumoribus succus aliquis influit,id in libro,quem de tumoribus præter naturã scripsimus, indicatum est. Quòd aũt non idem in oĩbus sit,ipse sensus euidenter docet, differẽtibus nimirum ipsis tumoribus nõ colore modo,verũetiam ijs,quæ ex calore,frigore,mollitie, duritieq; spectantur,differẽtijs. Ac ruber quidem tumor euidenter subesse sanguinis indicat humorẽ: sicuti flauus & pallidus persimilem ipsis bilẽ: subalbidus vero & laxus pituitam. Sunt aũt & præter hos tumores quidam,qui colore sint inter rubrum & nigrũ medio: cuiusmodi color fuscus est. Hũc,cum in corporis partibus sæpe incidat,plurimi medicorum liuidũ,græce Pelídnon vocant. Renixus autẽ his quoq; tumoribus valens est: ac,si venas euidentiores membrum haberet,exaltatas eas à crasso nigriore quodã modo sanguine,cuiusmodi p aluum aliq̃ non paucis hepaticorum excerni⁹, & videre licebit. Sũtq; medici,qui mihi eũ non absurde videnť fæci,†{quæ super vini dolijs hæret}assimilare. Ergo hic humor,vbi amplius incaluerit aut propter putredinem,aut febrem phlegmo

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

nodem,nigram efficit bilem,quam nullum animal,ne ipſi quidem mures guſtauerint:terra quoq; E
raditur ab ea:ac partes,quæ raduntur,omnes in altum attolluntur:vocaturq; is effectus (vt Plato
quodam loco inquit)tum feruor,tum fermentatio. Eſt nanq; is humor talis,quale eſſe acetum do
cuimus. Ex quo ipſo quoq; ſi in terram effuderis, idem effectus viſitur. Quo minus alienum eſt,
ſi veteres eiuſmodi humorem acidum nominarunt æque,vt pallidæ bilis amarum. Sanè non raro
etiam in vomitionibus talis apparet. Verum,ſicuti paulo ante dixi, vnum quoddam vitium eſſe
proprium verumq; ſcirrhum, qui præter alia etiam inſenſilis ſit: reliquos tumores, qui videlicet
nõdum ſunt omnino inſenſiles,dupliciter eſſe à medicis vocatos,nempe vel ſcirrhos, propterea,
q; generis ſcirrhorum ſunt,vel ſcirrhoſos tumores,ſic & in humoribus, quæ quidem haud dubie
nigra eſt bilis,ea talis eſt,qualem modo pinximus,certe acida, & terram fermẽti ritu eleuans:tum
omni animanti inſucunda. Quæ vero fieri talis eſt idonea, hæc bifariam nuncupatur, vel melan-
cholicus humor,vel nigra bilis,ſcilicet,qui ſic eam nominant,affirmaturis aliam eſſe nigram,quæ
dum animal naturaliter ſe habet,quotidie gignitur: aliam quæ ex vſtione ac velut aſſatione con-
flatur. Quod autem ſemper præcipio,vt nominibus contemptis ipſam naturæ rerum ſcientiam
exerceas,id nunc eſt faciendum,ac nominandum quidem,prout ſuccurret, cæterum oratione ſic
interpretandum,q; quidam præter naturam tumores ex eiuſmodi naturæ ſucco proueniunt, cu- F
iuſmodi eſt fex in vino,& amurca in oleo:& q; hi ſpatio temporis putreſcente humore propterea,
q; in vaſis ſit impactus,exulcerantur. Ergo,ſicuti reliqua omnia vitia plurimam habent particu-
larem in maioris minoriſq; ratione differentiam,ſic etiam hoc vitium habet. Quippe phlegmo-
nes alia quidem admodũ rubra eſt:alia paulo magis, q; pro naturali habitu,rubra. At ſpecies,ſiue
genus,ſiue quomodolibet appelles, ambobus eſt idem. Nam & rubriores,q; pro naturæ modo,
ſunt,& dolor omnino cum ipſis eſt,qui ipſe quoq; magnam habet in exceſſu deſectuq; differen-
tiam. Ad eundem modum nec renixus nec cutis tenſio omnibus eſt æqualis. Commune tamen
eorum eſt,tum q; pars magis renititur,q; ante,cum naturaliter ſe haberet:tum q; in tumorẽ quen-
dam attollitur,extenta ſcilicet attentaq; eatenus cute, quatenus tumor aſſurrexit. Simili ratione
& vitium,quod modo deſcribimus,alias confuſa exiguaq;,& quæ vulgum fortaſſe latere poſſint,
affert ſymptomata:aliàs ita vehementia & magna,& cunctis euidentia,vt ne puerũ quidem clàm
ſint. Verum cõmune illud in oĩbus particularibus,quod intelligentiam ad ſe trahit,vnus id mor-
bus eſſe oſtẽditur,& vnam ſibi appellationem imponi cogit. At,vbi magna quidem omnia ſunt,
nemo de appellatione ambigit,ſed nominãt vno aſſenſu oĩs eiuſmodi affectum Cancrum. Cum
autem adhuc incipit,nihil miri eſt,ſi vulgus lateat, non ſecus profectò, q; ſtirpes, quæ è terra iam G
exeunt:quando hæ quoque peritis tantum agricolis agnoſcuntur. Ergo,quænam in cancro tum
communis,tum propria curationis indicatio ſit,opportune nũc dicetur. Communis igitur eſt,vt
humorem,vnde vitium eſt natum, illico vacues ſimili vacuationis genere ei, quæ in aliis tumori-
bus ſupra eſt comprehenſa:Mox prohibere,potiſſimum ſi fieri poteſt, ne de cætero eiuſmodi ſuc
cus in venis colligatur:Sin id fieri nequit,ſaltem eum omnino ex interuallis vacuare,& ſimul par
ticulam firmare,nequid humorum redundantiæ ad eam confluat. Veluti ergo amaræ bilis humo
rem medicamento,quod eum humorem trahere ſit aptum,educimus,ſic & melancholicum edu-
cemus vel ſimplicium aliquo,cuiuſmodi eſt epithymum, pondo drachmarum quatuor in ſero la
ctis mulſa'ue exhibitum:vel compoſitorum aliquo, cuiuſmodi noſtrum eſt, quod ex duobus &
trigínta ſimplicibus medicamentis eſt compoſitum. Sed horum materiam in aliis traditam habes.
Hic autem,quæ ad propoſitam methodum propriè pertinent,dicamus. Poſt nanq; purgationem
illud de omnibus eiuſmodi affectibus prius eſt præceptum, q; vel retro regerere humorem, qui
in membro procubuit, oportet, vel ipſum digerere: præterea q; in principio quidem tàm in ipſo
purgationis tempore,q; ante,id repellere: vbi iam totum corpus exquiſite purgaueris, digerere.
Vbi tamen mediocris tantum purgatio præceſſit,miſtum eſſe,quod applicabitur pharmacum,ex H
repellente digerenteq; facultate conueniet. Sanè ad craſſum humorẽ inutiles ſunt tum imbecillę,
eo,q; nullum operæpretium efficiant:tum valentes, q; vehementer tenuiores,quæ in venis ſunt,
ſanguinis partes vel digerant,vel retrudant:craſſas vero & melancholicas, quas fæci aſſimilaui-
mus,nec euocent,nec repellant. Ergo,ſi his inter initia vtere, vtiq; minutus aperte tumor erit,
cæterum,quod reliquum eius eſt, contumax ad ſoluendum reddetur. Quare mediocrium vi-
rium medicamentis eſt opus: quæ nec propter imbecillitatem vincentur, nec propter effectus
vehementiam valenter ſanguinem craſſabunt: Ad hæc item,quæ omnino haud mordeant:quan
doquidem vitij malignitas ab iis,quæ mordent,irritatur,ac,vt dici ſolet,efferatur. Propter hæc igi
tur,quæ viribus quidem ſunt mediocria,qualitate vero minime mordentia, eiuſmodi affectibus
ſunt idonea. Materiæ vero copia, ſicuti in libris de medicamentis eſt traditum, ex vſtis elotiſq;
metallicis habebitur. Quippe,quæ medicamenta ex his componuntur,vnà cũ purgationibus, ad
ſanandos incipientes cancros magnam vim habent. Maiores vero,ſat fuerit, ſi his prohibeantur
augeri. Proſpicere vero,vt,qui iam ſunt ſanati,amplius non regenerentur,id artis de tuenda ſani-
tate eſt opus:cuius ſanè portio eſt ea,quæ de cibis præcipit. Cæterum,ſiquando cancrum per chi-
rurgiam curare audebis,cœpiſſe quidem ab vacuando per purgationem melancholico humore

oportebit.

A oportebit. Vbi vero totum,quod vitiatum eſt, prorſus exciderís ſic, vt nulla ſuperſit radix, ſines
effluere ſanguinem,nec propere eum inhibebis:immo premẽdo potius,quæ circum ſunt, venas,
exprimes ex his craſſiorem ſanguinem:mox aliis vlceribus ſimiliter curabis.

De carbunculis & reliquis affectibus curandis,qui vlcere cruſtoſo conſtant. CAP. 10.

ESt tñ & aliud vitium,quod ex humore craſſo feruenteq; naſcitur. Incipit hoc plerunq; à puſtu
la:aliquando vero & ſine hac. Cęterum inter initia,quibus hoc inſtat,ſcabunt particulam om
nino:mox oritur puſtula quædam:qua rupta,vlcus cum cruſta gignitur. Sæpe vero nõ vna oritur
ſcabentibus puſtula,ſed multæ exiles,veluti milij ſemina,crebræ in particula reſidẽtes:quibus per
ruptis,ſimiliter cruſtoſum vlcus prouenit. In carbunculis vero,qui per Aſiã populatim ſunt craſ-
ſati,etiam citra puſtulas non nullis excoriata ſtatim cutis eſt. Omnibus tamen,vti dixi, cruſtoſum
vlcus fit,modo cruſta ipſa cineris colorem præferente,modo nigrorem. Omnibus pręterea his cir
cumpoſita caro in ſummam peruenit inflammationem, non tamen colore aſpicitur eryſipelatis,
immo q adhuc phlegmones colore ſit nigrior:veluti ſi pluſculo rubro minus miſceas nigri. Quòd
autem neceſſario febricitent,qui ita ſunt affecti,idq; non minus,immo magis, q; illi,quibus eryſi-
pelatoſa eſt phlegmone,id vtiq; latere neminem poteſt. Sed & incipiẽdam ab inciſa vena curatio-
B nem eſſe,id quoq; neminem latere arbitror,qui præſertim meminerit, quæ in curatione febrium
de ſanguinis miſſione diximus. Nec illud obſcurum,ſanguinis vacuationem, quæ ad animi defe-
ctum vſq; ſit adhibita,magis his etiam collaturam:niſi tñ aliud quippiam obſtet ex iis,quę venam
incidi vetent. Imponi vero ſibi laborans particula,quod ad humorum inflammationem ſpectat,
refrigerantia deſiderat. Cæterum propter humoris craſſitudinem atq; ẽt malignitatem,nec fluxio
nem auertere vnquam poteris:&, ſiquãdo id feceris,aliud quippiã,quod in alto ſit corpore,offen
des. Atqui nec affluere is permittendus eſt:quin potius inquirenda remedia ſunt, quæ cum modi
* arnogloſſo ce reprimendo ẽt digerere poſſint. Tale profectò eſt tum cataplaſma,quod ex plantagine conficitur:tum quod ex cocta lente,ſcilicet miſcentibus his nobis micam panis teneram, qui clibano ſit
coctus. Eſto aũt panis nec omnino à furfure purus,nec nimium eius habens. Siquidem, qui oĩno
purus eſt,eius ſubſtantia in cutis meatibus hærere eſt apta:Emplaſticœteron Græci vocant: Furfu
raceus aũt craſſiorum eſt partium. Super ipſum vero vlcus, valens aliquod imponendum eſt me-
dicamẽtum:cuiuſmodi eſt Andronis,Paſionis,vel Polyidæ:liquariq; id cum vino aliquo dulci ad
ſordium craſſitudinem debebit. Porrò commodiſſima ad hũc vſum vina ſunt tum theræum, tum
ſcybelites. In quorum inopia ſapa vtendum,quæ apud nos Hepſema dicitur. Quæ aũt pharmaca
C reliquis adhiberi vlceribus ſolent,nempe quæ concoquant & pus moueant, ea nunc adhibenda
non ſunt:qñ ita putredinem particulæ auxeris. Quinetiam ſcarificare eiuſmodi tumores poſt ſan-
guinis miſſionem alienum non ſit. Sunto autẽ inciſiones mediocribus altiores propter infeſtan-
tis humoris craſſitudinem. Ceſſante vero iam inflammatione vlcus ad cicatricẽ ſimiliter reliquis
vlceribus perduces. Atq; hactenus de carbunculis dixiſſe ſat arbitror.

De ſtrumis,quas chœradas dicunt. CAP. 11.

DEinceps de reliquis agam tumoribus,orſus à ſtrumis,Chœradas Græci vocant. Exiſtunt hæ
glãdulis in ſcirrhoſum affectum mutatis. Eſtq; curatio earum, quod ad ipſum attinet vitiũ,
iis ſcirrhis,qui in aliis partibus naſcuntur,communis. Cæterum, quod ad ipſius partis naturã ſpe-
ctat,in quibuſdam glandulis alias geminas curationis indicationes adiiciunt. Præſtiterit fortaſſis
hoc loco de nominibus aliquid clarioris doctrinæ gratia diſtinxiſſe. Quippe glandulæ,quæ,quod
in medio vaſorum in diuerſas partes diductorum habetur,implent,eiusq; diductionis pro firma-
mento ſunt,earum haud magnus vſus animantibus eſt:ſed ex abundatiore prouidentia,ſicut alia
quædam,ſic has quoq; glandulas natura fabricauit. Earum vero,quæ vel ſaliuam,vel lac,vel geni
tale ſemen:ad hæc quæ pituitoſum quendam humorem in meſenterio,vel faucibus, vel larynge,
D generant,earum maior eſt vſus. Atq; aliqui has non glandulas,ſed glandulоſa vocant corpora,vt
quæ non paulo,q; reliquæ glandulæ,& rariore ſint & magis ſpongioſa ſubſtantia: quinetiam in
has tum arteriæ,tum venæ ſenſibiles perueniunt. Atq; hæ quidem, cum in ſcirrhoſo ſunt affectu,
non aliter,q; cæteræ omnes partes,ſunt ſanandæ. At,quæ in medio vaſorum ſpatio conſiſtunt,in
iis alia curationis indicatio præſtatur:qua ſimul cum vitio etiã pars ipſa tollitur. Eſt vero duplex
ea quoq;,nempe vel totum,quod vitiatum eſt,ſcalpello excidentibus nobis, veluti in cancro: vel
putreſcere id medicamento cogentibus. Porrò,quæ eiuſmodi medicamentorum materia ſit, id in
opere de medicamentis eſt proditum.

De abſceſſibus,quæ apoſtemata dicuntur. CAP. 12.

MIhi vero tempeſtiuum eſt de aliis tumoribus docere. Quorum ſe primum abſceſſus offert:
Apoſtema id græce dicitur,Huius duplex item genus eſt: Vnum, cùm phlegmone in pus
verſa pus ipſum tanquam in ſinu aliquo eſt collectum: Alterum,cùm nulla præcedente phlegmo
ne humor aliquis ſtatim ab initio,isq; aliàs ſpecie alius, cæterũ omnino acris, in parte aliqua colli
gitur:porrò excoriat hic circumpoſita corpora, ſpatium videlicet ſibi moliens vel inter duas tu-
nicas,vel ſub certis membranis. Excoriat autem omnino ipſa copia diſtendens: interim vero acri
moniam quandam putredinoſam tempore contrahens. Sanè inueniuntur in huiuſmodi abſceſſi-

bus,cum scalpello sunt diuisi,proprietates quædam non paucæ,nec humorum modo,sed etiã soli E
dorum quorundam corporum.Siquidem vnguium,pilorum,ossium, testarum, lapidum, & pori
fragmentorũ similia inuẽta in his corporã quædam sunt.Ac humorũ ipsorum alius,veluti lutum,
vel cœnum,vel olei quidam limus,vel vini fæx:alius adeo grauiter olens,vt oẽs auersentur.Verũ
hæc rarius incidunt.Frequẽtissima vero huius morbi sunt tria genera:quorum singula propriam
appellationem græce sunt sortita.Ea sunt,Atherœma,Steatœma,& Melicerís, à similitudine con
tentarum in tumoribus substãtiarum dicta.Est enim aliud eorum veluti seuum, aliud veluti mel,
aliud pulticulæ,quã Atheran vocant,simile.Curationis vero eorum indicãtiones sunt cões,nem
pe id,quod cõtinetur,vel digerere,vel totum putre reddere,vel excidere. Aliqui igitur eiusmodi
tumorum triplicem curationis rationem admittunt,quotquot.s.ex tenuiore humore constant,vt
melicerís:Aliqui duplicem tantum,veluti atheroma,quippe,quod tum excidere, tum putrefacere
licet:Steatoma vero sola manuum opera curatur,cũ nec putrefieri possit, nec digeri. In ijs vero
abscessibus,qui in alto corporis consistunt,ac potissimum in visceribus,medicamẽta, quæ ex aro
matis componuntur,maxime sunt vtilia,vtpote quorũ vis collectum humorem tum in halitum
resoluat,tum digerat.Sunt profectò & alia eius generis nõ pauca, quorum laudatissima sunt tum
antidotus,quæ ex viperis componitur(Theriacẽ vocant)tum,quæ Athanasia vocatur, tum Am- F
brosia:atq; hæc quidem sumptuosa:viliorum sanè optimum est nostrum, quod ex cretica calamin
tha est compositum.Omnia vero id genus in opere de medicamentis colligemus:quod,vti paulo
ante diximus,satius arbitror ijs tribus,quæ supra memoraui,quò nihil desit,subijcere.

De tumoribus,qui toto genere præter naturam sunt,ac de optima curandi via. CAP. 13.

QVoniam vero eorum,quæ per chirurgiam fiunt,curationis indicãtiones aliquid commune
habẽt,aliquid proprium,satius nobis visum est ea nõ distrahere, sed vniuersa in calce huius
operis apponere.Nunc porrò tantulum etiam de tumoribus, qui præter naturam consi
stunt,est adijciendum,q, quicunq; ex his toto genere præter naturam sunt,ij sui ablationem indi
cent, cõmuniori scilicet indicãtioni,quæ per omnia,quæ totis substantijs à naturæ habitu recesse
runt,extendit,subiecti:veluti in steatomatis & atheromatis habet.Huius certe generis est & quæ
Myrmecia græce vocatur,& quæ Acrochordon,præterea in vesica calculus,& hypochyma,& in
mulieribus molæ in vtero gestatio:ita vero appellant informem carnem.Omnia nanq; talia sum
mouere in totum properamus. Quorum vero etiã locus ipse affectus vna quæpiam naturalium
partium est,prima indicatio est,vt affectus sanetur.Secunda ab hac,si insanabilis is sit,vt vnà cum
vitio pars quoq; ipsa excidatur:sicut in cancro & oibus vlceribus,quæ curationẽ respuunt.E con G
trario vero in suffusione,quod Hypochyma vocant,†{victi in prima indicatione,} ad alium eam
locum,qui minoris sit momenti,transferimus.Non desunt, qui hæc quoq; vacuare sint aggressi:
sicut in ijs,quæ chirurgia tractantur,dicã. Nunc illud dixisse sufficiet,q, humor, qui in hydrocelis
visitur,alienus à corporis substantia tota natura sit,sicut ẽt, quæ in ascitis hydropibus continetur
aqua.Quarum certe vacuationẽ vel medicamentis,quæ digerãt,molimur,vel chirurgia:in hydro
cele quidẽ immisso siphone:in hydropibus vero adhibita punctione,quam paracentesin vocant.
Porrò exciditur vnà cum affectu ipso,veluti in ijs,quæ ante comprehensa sunt,etiam pars affecta:
ita & in hernioſis aliquid peritonæi.Pari modo & columella aliqñ vnà cum vitio ipso exciditur.
Itidemq; in cruribus & testiculis,vnà cũ varicibus ipsæ venæ. Ad hæc, tunica in naso cũ polypo,
& foratus dens cum foramine:verum ex his nullum est, quod ad naturalẽ habitum possit reduci.
In columella vero id oĩno est conandũ,nec properãdum ad eã excidendã,sed,qñ gracilis est, & ad
lori tenuitatem redacta,tum est auferẽda.Porrò talem eam reddet longius tps:at, qualem Hippo
crates in præsagijs descripsit,paucorum dierum numerus.æque vero & cætera, quæ in magnitu
dine naturalẽ habitum excesserunt:in quibus annumerãda sunt omnia,quibus supercreuit caro,
& encanthides,& qui in sede thymi dicuntur.Sunt ex istiusmodi vlcẽribus, & quæ ambigua sint H *Non est in antiquis
specie,veluti cicatrices,quæ supra circũpositam cutim multũ extant:item,quæ in oculis sunt,pte
rygia.Curationis tñ eorum indicatio manifesta est.Siquidem talia omnia amouere oportebit:atq;
id semper agere,vt rationibus,quibus id fiat,pensitatis optimã semper earũ deligas. Sanè optimæ
rationes tripliciter iudicantur,tum ex tpis curandi breuitate:tum ex curando citra dolorem: tum
ex maxime tutò curãdo.Rursus, vt tutò cures, tria propria sunt,quibus intẽtus sis, oportet: Vnũ
primumq;,vt oĩno absolutionem operis consequaris: Alterum, vt,sicubi hunc non consequaris,
saltem cubantẽ non lædas: Tertium,vt vitium nõ facile reuertatur. His considerationibus si opti
mam curationis viã iudicaueris,inuenietur in oibus,quæ nũc proposuimus,qñ potius chirurgiæ,
& qñ potius medicamentorum ope sit curandũ. At chirurgiæ quidẽ studium in ijs præsertim,quę
nunc sunt propositа,ad interemptionem eorũ festinat:vt quæ,quod in animalis corpore toto ge
nere præter naturã habetur,id prorsus tollendũ sibi proponat.Quod si perficere nequeat, proxi
mum illud consilium habet,vt vitium transferat,veluti in hypochymatis. Quod vero ex medica
mentis petitur,primum huc tendit,vt,quod præter naturam est,tum vacuet,tum digerat.quod si
per membri naturam,aut etiam vitij rebellionem fieri nõ licet:vt id tum in pus vertat,tum putre
faciat,hoc vero secundo loco destinat.Quippe ita in columellæ vitio facimus: primum scilicet ad

naturalem

* ἀποτυγχάνει † δευτέρως. i. secundario.

* τῶν κατὰ φύσιν. i. earũ quæ sm naturã sunt.

† ἀποπίπτοντες τοῦ πρώτου σκοποῦ.

A naturalem habitum eam reuocare tentantes:id si consequi non est,prorsus amputantes, idq; vel
chirurgiæ opera,vel per caustica medicamenta. Verum medicamẽta, melius est, in tractationem
de ijs differamus:(quandoquidem tribus iam proditis,aliam quoq; quartam adijciendam statui
mus)ac chirurgiam in calce huius operis apponamus.

Quæ secundum naturam,quæ præter naturam proprie in nobis dicantur. CAP. 14.

NOn est igitur,q, in his amplius immoremur:sed trãseundum ad ea,quæ similem ijs,quæ cõ
prehensa sunt,curationem desiderant.Ea sunt,tum quæ in numero & magnitudine conue
nientem modum excedunt:tum quæ in ambobus ijs deficiunt.Dixi hoc loco conuenientem:q, si
conferentem,vel conducentem,vel secundum naturam,vel vtilem alibi vsurpauero, eadem ser
monis vis erit.Ac dictum quidem de his est alibi latius.Cęterum redigere in memoriam summa
tim omnia,etiam hoc loco alienum non fuerit.Omnium ergo, quæ in corpore habẽtur,primum,
cuius maxime indigemus,est ipsa particularum minime impedita functio. Hanc vero,quia possi
demus natura,idcirco publice dicimus expetere nos secundum naturã agere. Et, quia hoc ipsum
cum eo,quod est secundum naturam,{vel naturaliter se habere,}est cõiunctum,merito profectò
nihil interesse arbitramur, secundum naturam habere, an secundum naturam agere dicamus.
B Quin & sine additione interim græce dicimus expetere nos τοῦ κατὰ φύσιν, vtiq; subaudito in dictione,vel habere,vel agere,vel ambobus.{Latinitas propter articuli fortassis inopiam,ea figura
destituitur.}Atq; hæc quidem causa est,cur medicis recte vsurpata vox hæc, Secũdum naturam,
sit de omnibus,quæ in corpore ex sententia nostra esse cupimus.Scire autem licet in ijs,quibus na
tura dẽficit,nec primum,nec propter seipsum, secundum naturam à nobis expeti, sed†{propter
actionem,}& ex accidente.Siquidẽ sextus digitus non nullis ab ipso statim ortu est congenitus,
& quintus defecit:& alia quædam similia,aliqua in numero,aliqua in legitima quantitate vitiosa.
Ac,siquidem hæc plurimum,recta vero rara fierent,contra,q, nunc,de naturæ operibus statuere
mus,vtiq; non tuentes vt nunc,sed auferentes ea.Hæc ratio memoria tua nunquam excidat,cum
sit ad nominum vsum vtilis,quæ tum fallere inconsideratos possunt,tum discordiæ phantasiã ex
citare,sicubi alter dicat totum,quod præter naturam est,esse tollendum:alter, quod nocet, aut in
utile est,aut incommodat actioni.

De ijs,quæ in magnitudine,& numero excedunt vel deficiunt,ac primum de curandis ijs, qui obesitate & corpulentia onerantur. CAP. 15.

C ERgo denuo repetentes,de rebus loquamur,quando de nominibus est nobis definitum,hinc
orsi.Coniuncta comprehensis iam morbis sunt ea,quæ vel magnitudine,vel numero,à debi
to naturæ modo sunt aliena:in quibus amputare quidem conueniet,quod magnitudine, vel nu
mero redundat,reficere autem & fingere,quod desit:vbi videlicet fieri id licet.Quintum nanq; di
gitum,aut tale aliud membrum medico certe gignere nõ licet,sed vnius naturæ opus sunt omnia
talia.Verum in totum tollere,quod numero redundat, aut præcidere aliquid eius, quod magni
tudine modum excessit,hæc nobis quoq; licent. Siquidem ex medici officijs vnum est, nec id le
uissimum,vbi in corpulentia eò deuenit corpus, vt nec ingredi sine molestia, nec sedem propter
ventris molem contingere,sed nec respirare libere possit,hanc liquare ac tollere,† {æque nimirũ,
vt cũ corpus in ea reddat atrophia, qualẽ ij, q phthoe detinentur, patiuntur.
D opere,tum nihilo secius in opere de tuenda sanitate, q, acuta exercitatio, & tenuans victus,& id
genus medicamenta, & animi cogitatio temperamentum totum non solum calidius, sed etiam
siccius,ac propterea corpus exilius reddunt.Igitur in exercitationibus celerrimus cursus est ido
neus.Tenuantis verò victus materia seorsum singulari libro est prodita. Quòd si medicamenta
tenuantia quoq; requirant,etiã hæc in operibus,quæ de medicamentis conscripsimus,sunt edita:
quanquã referantur eorum nunc quoq;,quæ sunt efficacissima:quibus,vbi demere nimiam obe
sitatem studes,vtaris,suadeo.Ergo,quæ ad articularia vitia quidẽ exhibere solent,quæ scilicet va
lentem incidendi facultatem habent, ijs tu quoq;,cum nimiam obesitatem curabis,vtitor. Sunt
porrò talia,rutæ semen,præsertimq; sylueſtris, vnà cum ipsis corymbis, & aristolochia rotunda,
& minus centaurium,& gentiana,& polium:præterea ex vrinam cientibus,ea,quæ pollentes ha
bent vires,veluti petroselinum. Vnumquodq; enim taliũ,tum ipsum per se, tum vero aliis mista,
vniuersa & extenuare potẽter succos,& vacuare sunt habilia,partim quidem sensibiliter per vri
nas,partim per insensibilem transpiratum:sed & sal,quod ex combustis fit viperis, potenter extenuat.Multiq;,cum vel graciliores, vel mediocris habitudinis essent, ex eiusmodi medicamento
rum potione perierunt,sanguine ipsorum excocto. Ruerant autem ad ea propterea, q, liberatos
aliquos articularijs vitijs viderãt,minime scilicet estimantes,q, temperies eorũ,qui sanati fuerant,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

humidior pituitosiorq; erat, qualis nimirum obesorum est. In quibus eiusmodi medicamẽtorum E
securus est vsus. Ipse nanq; iuuenem quendam quadraginta circiter annos natum, oppidoq; obesum percurauí, vsus tum antidoto, quæ aduersus articularia vitia est composita, tum sale theriaco, ipsaq; theriace, ac reliquo extenuanti victu, & pro exercitatione cursu veloci. Porrò præparaui hominem ad cursum, perfricando primum linteis asperis, quoad cutis ruberet: dein statim cum oleo, quod in se digerens aliquod medicamẽtum habebat. quo etiam post cursum rursus vtebar. Talia medicamenta sunt, tum sylvestris cucurbitæ radix, tum althæa, tum gentiana, tum aristolochia, tum panacis radix, tum polium, tum centaurium. Per hyemem vero etiam à balneo iam dicto oleo hominem reunxisse profuerit. Verum cibum exhibere non statim à balneo, sed interposito somno conueniet. Quòd si velit etiam rursus ante cibum lauari, permittes. Magis etiam ad rem pertinebit, si aquæ ipsi digerendi facultas insit. Ac, si quidem talem aliquam spõte natam habemus, ipsa vtemur: cuiusmodi in Lesbo vsitatur, à Mitylene stadijs quadraginta: sin minus, ipsi similem aliquam moliemur. Est porrò ea, quæ in Mitylene conspicitur, & viribus & colore talis, qualis victq; fiat, si quis florem salis aquæ marinæ misceat. Hæc ipsa aqua etiam hydropicis, & reliquis tumefactis idonea est, vtpote valenter desiccans, ita profectò, vt præpinguibus: ac præcipue si quis ipsos cogat in ea celerrime natare, nec post largam lauationem protinus esse, bibere úe, sed F
somno interposito, aut omnino saltem quiete. Sanè illud est sciendum, atq; ab eo, qui obesitatem curat, prædicendum, q aliquando ex multo simul obito motu, & febri hominem tentari est credibile: & q febris ad rem propositam nõ aliena erit victq;, si medicus recte omnia faciat. Etenim perspicuum est, vbi ex lassitudine febricitarint, qui ita curantur, q sopita eorum febre, tursus ad eandem curationis formulam redibimus. Sanè fugere in ijs curandis conueniet & vina, quæ multum nutriunt, cuius generis crassa sunt: vti vero vel aquosis, id est colore albis, & cõsistentia tenuibus, vel quibus mare est admistum.

De reficiendis corporibus extenuatis, ac restituendis particulis, quæ deficiunt. CAP. 16.

AT, vbi eos, qui extenuati sunt, reficere in animo est, ijs vinum exhibebimus crassum: cibum vero, qui succum efficiat crassum: exercitationes paucas, frictionem mediocrem: ac: vt summa complectar, omnia iam comprehensis contraria moliemur. His vero etiam picari cõmodum est, †{idq; tertio aut quarto quoq; die.} Quippe id ad carnem instaurandam, egregium medicamẽtũ est adeo, ut si quod singulare membrũ hoc vitio laborat, id hoc præsidio restituatur. Ac nobis quidem in omnibus fermè hoc vnum satisfecerit, siquidẽ humectat et calefacit, sanguinis mul titudine accita. Ergo nec assidue id ægrotanti corpori admouere conueniet, nec, cum conueniet, G
sæpe illinere, verum in hyeme bis, in æstate semel id fecisse est satis. Quibus vero à natali die gracilia sunt membra quædam, ijs etiam mangones puerorum hoc ipso præsidio succurrunt, vnà cum certa percussione, quam græce Epicrusin vocant. Est porrò & illius mediocritas quædã, vt scilicet nec plus iusto, nec minus fiat. Ea talis est. Ferulas paruas ac leues modice illitas, gracilibus partibus incutiunt, donec modice attollantur: quippe in hoc summa rei est: veluti Hippocrates de perfusione aquæ calidę dixit. Primum quidem pars intumescit, post gracilescit. Ergo, quibuscũq; particulis bonam habitudinem reddere studemus, has & fricare, & perfundere, & percutere, & picare oportebit tantisper, dum intumescant: hoc vbi factum est, protinus desistere prius, cq; digeri cœperint. Etenim, quæ calefaciunt omnia, sicuti attrahere, ita etiã digerere sunt apta. Si ergo perstes, dum, quod attractum est, digestum sit, operam luseris. Ad hũc modum mango quidam proximè nates pueri †{fame consumptas,} breui auxit, percussu mediocri quotidie vius, aut saltem alternis diebus: item moderata picatione. Cæterum, quibus totum corpus est extenuatum, ijs lauari quoq; post cibum est idoneum. Veluti autem metus erat, ne tenuantibus auxilijs febris succederet, corpore scilicet immodice per hæc calefacto, sic ijs, qui à cibo lauantur, timendum est, ne sibi iecur obstruatur, potissimum propter ciborum speciem: quippe cum aliter quoq; obstruere soleãt, H
quæ succum crassum gignunt, si quis his liberalius vtatur. Vbi igitur aliàs id efficere solent, multo profectò promptius idem post balneum facient. Incidit tamen ex tali victu diutius exhibito, ẽt calculi in renibus generatio: quod vitium cur omnibus non contingat, satis patet. Quippe incredibile non est quibusdam vel densos admodum esse renes, vel perangusta venarum in iecinore ora: quibusdam contra esse habita. Horumq; dignotio nulla planè certa est: sed percontandum assidue ab eo, qui iam dicto modo est cibatus, num quis illi grauitatis sensus in dextris præcordijs & circa rẽnes sit. Quòd si quid tale aliquãdo senserit, protinus cappari ex oxymelite in principio cibationis, donec constiterit grauitas, dabitur. Ad membra vero, quæ ægre reficiebantur, ac plusculum iam refrigerata erant, vsus aliquando & thapsia sum, aliàs ea ex melle membrum illiniens: aliàs etiam ex cerato. Siquidem attrahit ea quoq; partibus, quibus superposita fuerit, sanguinis copiam. Quibus autem exiguum aliquid pudendi præputio de naturali deest quantitate, ijs non raro citra thapsian sola tensione debitum modum reddidi, membrãulam mollem firmamq;, cuti gummi illitæ circũuoluens. Satis autem constat, q etiam membranulæ finem †{parti subiectæ} agglutinari gummi oportebit. Siquidem & siccatur cito, & sine dolore adstringit. Porrò cuti præputij ex interna parte rotundum aliquid ac mediocre supponi prius oportebit, quod videlicet

postea, q̃

† διὴμερῶν ἢ τοτριῶν ἢ τεττάρων .i. idq; triũ vel quatuor dierum spatio.

† In impressis codicibus & in pleriscq; manu scriptis græcis legitur, ὑπολέπτου .i. gracilioris: in aliquibus autem vt Linacer vertit. ὑπὸ λιμοῦ συντακέντος .i. fame consumpti.

* ϕόας .i. lũborum carnes.
* ἴνα χάρτου .i. fibrã vel mẽbrana nulã chartæ.
† τῷ ὑποβεβλημένῳ ἄνωμέρει τῆς ἰνός. .i. illi pti mẽbranulę, quę in superiori regione sibi subiecta ẽ.

A postea, quàm agglutinata membranula est, facile eximas. Eorũ vero, qui thapsia præputium adducunt, quidam rotundum id è plumbo fecerunt, veluti solenarium quoddam: mox illi extrinsecus præputij cutim circumtendunt, ac molli loro deligant. Fueritq; & id nõ nunquam vtile, vtiq; quibus multa defit cutis: Quibus autem exiguum est, quod deest, ijs (vt comprehensum est) sola
* χάρτιον membranula circundata sufficiat. vbi autem circundabitur cuti, & agglutinabitur, subtus imponi solenarium prius oportebit. Ego vero, cum nihil horum præstò est, modicum chartæ inuoluens, immittere pro fulcimento præputij soleo, vt postea, cum planè coaluit, quod foris est circundatũ, exempto, quod fulciuerat, facile meiat is, qui curatur. Constat vero hoc quoq; vitium ex eo morborum esse genere, quod naturalem magnitudinem est egressum, aliàs putrescente præputio incidens: aliàs ab ipso ortu minore, cq; par erat, congenito. Subijcitur autem duplici chirurgiæ ratioB ni, interim in superna pudendi parte circulo incisa cute, quò videlicet eius vnitate soluta, eatenus deorsum trahatur, quoad glandem cooperiat: Interim vero scalpro ex interna parte, qua glandis initium est, excoriata, mox deorsum tracta, ac deinde (vt supra comprehẽsum est) molli quopiam deligata. Dicemus autem & de eiusmodi rationibus in sermonis progressu æque profectò, vt de curtis id genus, quæ Colobømata Græci appellant. Quippe ita vocant, quæ in labijs, aut narium alis, aut aure deficiunt. Nam methodo quadam curantur hæc quoq;, primum quidem excoriata vtrinq; cute, deinde adductis coniunctisq; inter se cutium oris, ac vtriusq;, quod callosum est, detracto, mox, quæ reliqua sunt, adsutis atq; agglutinatis. Eiusdẽ generis sunt, & quas in maiore oculi angulo Rhœadas græce vocant, vtiq; vel impensius minuto, vel prorsus perdito ipso angulo. At prorsus quidem perdito eo, omnino insanabile relinquitur vitium: Minuto vero, ijs, quæ modice adstringunt, curatur, si tamen totum corpus primum ante purgaueris, dein caput. Sunt mediocriter adstringentia medicamenta, & quæ è glaucio componuntur & croco, & quæ nardina vocantur: & in primis, quæ ex vino sunt confecta. Vt vero summa complectar, quibus perit aliquid substantiæ, maxime quidem id agendum, vt ei quàm simillimam faciendam curemus: si id fieri nequit, saltem aliquid, quod eundem præstet vsum, machinabimur. Erit autem profectò & id eatenus simile. Etenim, cum ossis tibię sępe excidere portionem magnam cogimur, ad alteram loco eius substantiam producendam, carnem gignentibus medicamentis naturam ipsam prouocamus. Quæ vtiq; inter initia velut dura est caro: postmodum calli durioris firmitudinem accipit: ac temporis spatio roborata, ad ingressum, ossis loco, fit habilis. Quinetiam, vbi internodia digitorum excidimus, in excisorum loco alteram, qualem prædiximus, naturam prouenire cernimus.
C Quòd autem venas quoq; sensibiles generatas aliquando vidimus, prius est dictum: verum has non tam similes ijs, quæ prius perierant, cq; easdem renasci dixeris: veluti in cauis vlceribus carnem. Cicatrix vero, quæ in hac calli modo durata gignitur, ea cuti quidem est quàm simillima, cutis tamen non est: quando & densior ea visu tactuq; sentitur: & ratione ex eo, quòd pilos nõ edit, intelligitur. Hæc igitur si præstò tibi ad manum semper erunt, quæ tibi in curationibus peragenda sint, minime requires.

De reliquis curandis affectibus, qui ad prædicta genera referuntur. CAP. 17.

MIhi vero iam tempestiuum est ad alia morborum genera transire, sed quibus est cum supra comprehensis societas. Ergo serpens vlcus, qui Herpes græce dicitur, is eiusdem est generis cum exulcerato erysipelate: Ramex vero, quam Sarcocelen vocant, cum scirrhis. At vitia, quæ Ophiasin, Alopecian, & Ptilωsin appellant, ex eo sunt morborum genere, in quibus naturale aliquid est amissum, æque nimirum, vt myrmecia eorum est, quæ toto genere sunt præter naturam. Porrò triplex omnium horum est differentia. Quædam nanq; ex mutatione consistunt solidarum partium: sicut myrmecia, & leuce, & vitiligo, {& ossis caries, quam sphacelon vocãt,} & elephas, & scabies, & lepra. Quædam, cum prius omnino non fuerint, postmodum sunt orta:
D veluti meliceris, & atheromata, & steatomata: atq; alio modo helminthes, & ascarides, & cería: (ita enim vocant longam latamq; helmintha) omniaq;, quæ supra diximus in abscessibus quibusdam, callosæ substantiæ, aut lapillis, aut ossibus, aut pilis, aut alijs quibusdam id genus similia inueniri. Itaq; attentum esse semper oportet in omnibus, quæ præter naturam habentur, atq; diligenter aduertere, ex quo ea genere sint: si modo illud recte à nobis dictum est, primam faciendorum indicationem, vnde ad omnia, quæ deinceps sunt administranda, initium capietur, à genere ipso sumi. Herpetas nanq; biliosus procreat succus: quo fit, vt eatenus eiusdem sit cum erysipelate generis, atq; huius quoq; magis etiam cum eo, quod exulceratum est. Differt autem ab erysipelate humoris tenuitate. Est enim admodum tenuis, qui herpetem excitat, adeo profectò, vt nõ solum omnes interiores partes, quæ vtiq; carnosæ substantia sunt, transeat, sed etiã cutim ipsam ad summam vsq; cuticulam (Epidermida Græci vocant,) quam solam propterea, q ab ea remoratur, tum erodit, tum exedit: quando, si hanc quoq; sudoris vice transiret, haudquaq̃ vlcus excitaret. Quippe id vlcerum, quæ ex mordente humore oriuntur, quæ nimirum spontanea vocant, cõmune est, q humor, qui ea facit, fistitur in exitu ac tardat. Porrò ex eo, quòd alter humor altero sit tenuior q humor, qui ea facit, fistitur in exitu ac tardat. Porrò ex eo, quòd alter humor altero sit tenuior crassiorue, vlcerum differentiæ, quæ ex profunditate spectantur, proueniunt. Huius certe generis est, & quæ Phagedæna Græce dicitur, & exulcerati cancri. Quorum omnium communis cura

Universidad del Rosario Archivo Histórico

tio est,vt inhibeatur primum humoris confluxio,post sanetur vlcus. Propria vero cuiusq; tum ex membri inuenitur natura,tum ex humoribus non solum specie, sed etiam quantitate. At tenuissimus quidem in eiusmodi humoribus est is,qui exulceratum herpetem excitat: crassissimus, qui cancrum: proximum ab his locum occupat, quod ad crassitudinem attinet, qui phagedænas creat.Harum species quædam sunt, quæ Chironia ac Telephia græce dicuntur. Iam aliæ quædam eiusmodi appellationes sunt, sed inutiles & superuacuæ. Siquidem ad curationem pernosci oportet humoris tum copiam, tum crassitudinis tenuitatisq; eius modum, tum potentiam: veluti statim in herpete, quoniam humor tenuis est, (vt qui ex genere flauæ sit bilis)vbi summam cuticulam in transitu perrupit,vticq;,cum digestus is est, permittit cicatricem vlceri induci. Itaq;,siquis toto prius corpore purgato, mox,quæ influentem humorem reprimant regerantq;, medicamentis vtatur,iam herpetem curauerit. Sin neutrum horum fecerit, sed tantum ea, quæ cicatricem inducunt,adhibuerit,vtique exulceratam cuticulam ita sanauerit:proximæ tamen illi, quò minus exulceretur, non consuluerit. Postmodum vero illa quoq; cicatrice inclusa, quæ ipsi continua est,exulceratur:idq; longo spatio,ceu serpente malo ipso,fit,donec humor, qui id facit, sit vacuatus. Etenim Romæ mulier quædam illustris,cum herpetem in malleolo haberet, primum quidem medicamento,quod algam recipit, est vsa. Hoc cum protinus cicatrix inducere- F tur,proxima illi summa cutis est excoriata, veluti ex desquammatis. Cui cum deinde superpositum medicamentum est, rursus illi continua est exulcerata. Idq; ita assidue perrexit, donec ad genu exulceratio peruenireт: cum interim quiduis potius pati, quàm medicamento,quod bilem traheret,purgari parata esset.Itaque etiam (quod fieri in talibus assueuit, quoniam plerique culpant non culpanda) damnato ex alga medicamento aliud admoueri iussit. Deinceps igitur, quod ex sandice componitur,vtebamur. Vt vero id quoq;, quod exulceratum iam fuerat, sanauit:quod vero nunc exulcerabatur, non inhibuit, sed iam ad bubones vsque vitium ascenderat, ipsa necessitate coacta, serum se lactis sumpturam annuit. Immittentes igitur clanculum minimum scammoniæ,inuitam purgauimus, ac sanauimus. Ergo,cuius gratia hæc dicta sint, denuo repetamus.Post,quàm communem omnium, quæ sub eodem genere vitiorum sunt, indicationem acceperis, vtique non hanc in particularibus exequeris, sed reduces semper ad differentiam,quæ tum affectibus,tum ipsorum causis sit accommoda: sicuti de spontaneis ostensum est vlceribus. Vacuabis nanq; eum, qui redundat,humorem, cæterum aliquando medicamento, quod flauam purgat bilem:sæpe eo,quod nigram:modo eo, quod mistæ est facultatis, quod scilicet bilem simul & pituitam educat:veluti in altero herpetum genere:quem à similitudine, quam G habet cum milio, Cenchrian græce appellant. Quippe is non protinus vlcus facit,quemadmodum alter,sed admodum exiguas pustulas,ad speciem milij: quæ ipsæ interposito spatio in vlcus abeunt. Adeo non sine ratione quibusdam visum est in eiusmodi vitio bili esse aliquid pituitæ admistum.Incidunt sanè non nunquam & citra vehemens totius corporis humorum vitium in partibus vlcera,quæ haud difficulter medicamentis, quæ repellendi digerendiq; mistas facultates habent,curantur. Ac repellunt quidem non solum ea,quæ adstringũt, sed etiam, quæ sine adstrictione refrigerant:digerunt vero,quæ calefaciũt.Constatq;,quòd in generatione vlceris exsuperare debebunt,quæ repellendi facultatem habent:vbi non amplius cõfluit in ægrotantem particulam vitiosus humor,quæ digerunt.Siquidem exiguum vitioli humoris, etiam siquis ad viscera & magnas venas retrudat,nullum profectò, quod sensu percipiatur, malum committet. At, si eius non leuis quantitas sit, in princeps aliquod membrum aliquando procumbit, vbi scilicet prius naturæ viribus totum corpus expurgantis non sit vel per deiectionem, vel vrinas, vel cutim,quæ totum corpus includit, vacuatum. Atque flauæ quidem bilis vacuatio est facilis:pituitæ vero, ac potissimum eius, quæ crassior glutinosiorq; est, itemq; nigræ bilis, difficilior: quo magis purgantis medicamenti ope indigent. In herpete vero, quoniam tenuis humor est, H qui id vitium creat, abunde est etiam aluum leuiter soluisse, vel vrinas per ea, quæ id modice efficiunt,citasse. Verum, quoniam de medicamentorum methodo proditum etiam aliquid in superioribus est,non pauca autem & in operibus, quæ proprie his sunt dicata, satius sit sermonem nihil vltra proferre:quando satisfacere etiam ei, qui attentus erit, hæc possint: neque enim nos ea à musis accepimus. Verum homini,qui prudens sit, & diligens, & mente exercitatus,ipsa rerum natura,quid agendum sit,suggerit. Vbi vero etiam inueniendi viam ab alio quis traditam ceperit,huic facillimum est per eam vltra progredi. Huius rei amplum testimonium fuerit,quòd eiusmodi viri artem maximis operibus illustrarunt. Qui vero parum sunt prudentes,si nihil præterea inueniant,etiam si tota vita infinitos artis effectus conspexerint. Plurima nanq; inueniuntur hodieq;,quæ apud maiores nostros non fuere inuenta: veluti nunc Romæ quidam excogitauit, quemadmodum acrochordonas & myrmecias ore sanet. Verum de prioribus, vtpote à cute extantibus,minus est mirum: de myrmecijs vero, potissimum quæ cum summa cute prorsus sunt æquales,mirum videbatur. Veruntamen has quoq; primum labiorum applicatione,ceu suctu,ad se trahebat,atq; à radice euellebat:deinde primoribus apprehensam dentibus totam simul eximebat.Sed & scalpro ad myrtacei folij speciem formato, & ferramento eo, quod Scolopomachærion

A pomachærion Græci vocant,quispiam manibus exercitatus,facile eas excidat:cum proprijs lineamentis à circumposita cute circumscripta discernantur. Æque vero & valente aliqua pinna circulo myrmeciæ imposita ipsam educimus.Debebit porrò pinnæ fistula esse myrmeciæ crassitudini par,vt eam vndiq; prorsus constringat. Quæ postea circumacta, ac simul deorsum impulsa, celerrime ita myrmeciam etiam cum ipsa radice totam educet. Constat vero,& quòd finis ipse pinnæ, quæ eam circulo secabit,non tenuis modo,sed etiam acutus & firmus esse debebit.Itaque tum galli veteris pinna,tum vel magis aquilæ ad hunc vsum est commoda.Abscindere vero ab his tãtum radicem versus oportet,quatenus reliquę partis fistula complecti myrmeciam possit.Sanè ex ipsa statim abscissione,si modo scite fiat,etiam acumen ipsi comparabis. Atque hoc quidem ratio inuenit,non casus.Iam,quòd hæc vehementer attrahentibus medicamentis sursum velletur,& putrefacientibus enecabitur,ratione ab aliquo est inuẽtum,qui ijsdem postea vsus, experientia rem comprobauit.Quædam nanque etiam ante experientiam fiduciam de se manifeste præbent: veluti,quæ aculeum ac telum,quod modo infixum sit,eximunt:itemq; arenulas, si quæ oculo inciderunt.Quædam ratione certe excogitantur,confirmantur autem ipso vsu. Quò autem facilius etiam per te eiusmodi vias ad curationum comparandam copiam inuenias, non tædebit aliquod B huius generis exemplum proponere. Nominamus autem id genus,in numero particularum vitium.Quoniam enim quædam deficiunt,sicut dens,vel digitus,vel è naso ala, vel auris quæpiam particula,vel pudendi pellis:quædam redundant,veluti sextus digitus, & quæ Græce Exostωσεις dicuntur,& dentium ij,qui naturalibus adnascuntur,adimere quidem,quod superuacuum est,sanè haud difficile est:aliud vero producere,quod simile ei sit,quod desit,id in quibusdam quidem est facile:in quibusdam difficile:in alijs planè fieri non potest. Si nanque carnosum sit,quod deest, haud magno negocio id reficias.atq; eius rei in cauis vlceribus tradita methodus est.Sin os sit,ipsum quidem instaurare non est,cæterum aliud pro eo durum efficere,id licet. Dictum vero etiam in præcedentibus est de reficiendis venis, nempe quòd aliquando nouas alias sensibiliter progenitas vidimus:aliquando omnia tentantibus non prouenerunt.

De resarciendo pilorum defectu. CAP. 18.

AT,si digitus desit,vel tale quippiam,restituere id prorsus non licebit. Sanè proditum & de præputio prius est,quemadmodum id quispiam instauret.At,quæ in naso, vel aure, vel labio sunt curta,ea quidem vt refeciſſe non licet,ita decorem aliquem his adijcere licet, siquis diuisam vtrinque cutim mox in vnum conductam queat agglutinare.Alia vero ratione huic morbo- C rum generi annumerantur atheromata,& steatomata,& melicerides,& ascarides, & cería, & helmintes:præterea,qui in articulos & pulmones incidunt,calli, quos poros vocant: itemq;, qui in renibus & vesica inueniuntur, calculi.Quippe in omnibus his communis est substantiæ generatio,quæ ante non fuit.Contra fit in alopecia,& ophiasi,& ptilosi,item caluitie, in quibus amissio particulæ est,quæ vtilis fuerat.Tanquam igitur in ceteris omnibus,in quibus gigni quippiam volumus, id agimus,vt naturæ motus liberos minimeq; impeditos reddamus, eodem certe modo & in pilis amissis.Quippe naturæ opus est,veluti in sinuosis vlceribus generatio carnis,itidem in capite & palpebris productio pilorum.Ergo,si recordaberis ea, quæ in naturalibus libris nostris de pilorum generatione didicisti, vtique ex ipsis amissionis eorum causas inuenies. Siquidem ostensum in his est, quòd ex succis, qui per cutim transpirant, quod limosum est,id pilos tum à principio gignit:tum de cætero veluti succrescendo auget.Hoc igitur quoties vel prorsus perijt, vel redditum est vitiosum,toties pilos corrumpi est necesse. Corrumpuntur nanq; & stirpes ipsæ duplici de causa,alias nutriente succo destitutæ:alias non idoneo vsæ. Ac prorsus quidem perdito eo,qui pilos alat, succo caluicies oritur. Eodem vitiato, tum quas Ophiasεις græce vocant, tum alopeciæ proueniunt. At primum quidem†{ex naturali eorum tum ortu, tum mutatione } D etiam alienam à natura causam inuestigabis.Ab hinc curationis rationem inuenies.†Quæ vtique per indicationes omnibus iam dictis(in quibus vel aliud quoduis vitium, vel etiam vlcus ex humoris vitio incidit)communes peragetur.Siquidem & inhibere,quod influit, & absumere ac digerere,quod iam ægrotantem locum occupauit, conueniet. Ergo,ceu in vlceribus illis purgationem nocentis succi primum adhibuisti,eodem modo in pilis ipsis ab hac primum curationem inchoabis,scilicet diligenter prius æstimans,quis color cutis sit, cuius cernis corruptos pilos. Nam, si his albidior,quàm pro naturæ habitu,sit, pituitosi humoris purgationem exhibebis: sin pallidior,eiusmodi bilis purgationem non secus,quàm,si nigrior conspicitur, quæ nigram detrahant bilem, offeres.Sane ad vitiosi humoris speciem certius agnoscendam non leue tibi adiumentum præcedens victus conferet,præsertim intelligenti,quinam ciborum nigræ bilis succum colligant, quinam pallidæ,vel pituitæ.Ergo,cum iam planè purum ex purgatione corpus existimas eum, qui in cute continetur,humorem digerentibus medicamẽtis discuties, sic tamen, vt in his caueas, ne adeo calida acriaq; admoueas,vt cutis exulceretur. Quinetiam ea,quæ valenter siccant, cauere conueniet,ne videlicet cum vitiato humore etiam vtilem,qui adfluit, absumas: veluti in caluicie fit.Hæc igitur ipse aduertens, admiscui primum ijs medicamentis, quæ alopeciam sanarent, exiguũ thapliæ.Deinde considerans quotidie,quemadmodũ ægrotantis natura ab hac esset affecta,

* ἰλυῶδες est in impressis & in aliquib⁹anti quis,in alijs λιγνυῶδες, id est fuliginosum,

† in græco tm̃ est.ἐκ τῆς κατὰ φύσιν αυτῶν διοικήσεως. i. ex naturali ipsorum gubernatione,

† ἐνδεικτικῶς ὑπὸ τῶν κοινῶν ἀγομένης σκοπῶν ἅπασι τοῖς προειρημένοις.i. quæ indicatiue p̃ scopos omnibus iã dictis &c.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

cta, vbi vel tumefactam plusculum, vel quodammodo excoriatam vidi, illo quidem die à medica- E
mento abstinui: illeui autem particulam vel galli vel anseris liquato seuo propterea, quòd hęc ma
gis tenuium sunt partium, & altius descendunt. Deinde postero die, si quidem aliquid iam dicto-
rum remanserat, simili modo illeui: Sin nihil tale apparuerat, rursus medicamento sum vsus. Atq;
vt id alte demitteretur, etiam cutim prius linteo infricui, quoad manifeste rubra fieret. Verum, si à
balneo vti eiusmodi medicamento voles, idipsum ex balneo factum cernes, quod prius ex fricțio-
ne habebas. Iam eos quoq; quibus periere ex ciliis pili (quos græce Ptilus nominant) similibus ge
nere medicamentis sanabis.

De oculorum vitijs, qui sunt toto genere præter naturam, ac de alui lumbricis. CAP. 19.

DEliges autem materiam oculis idoneam: nec per negligentiam committes, vt medicamen- F
tum intra tunicas eorum confluat. itaque sicca tutiora sunt: de quibus æque, ac de cæteris, in
nostris de medicamentis operibus est proditum. Nunc enim (quod dixi) abunde est sola genera
medicamentorum, prætermissa particulari materia, transcurrere, quò minus de ijsdem identidem
dicere cogar. Ergo, quæcunq; ab ipsa naturæ moderatione sunt aliena, ea tollere conueniet. Quæ-
cunq; vero sub hac se tenent, cæterum quodammodo corrupta sunt, ea restituere, quatenus licet,
oportebit. Sanè dictum à nobis est aliqua ambiguæ naturæ esse. Nec illud non dictum, quòd eo-
rum, quæ aliena sunt, quædam tota substantia sunt aliena, † logica scilicet inquisitione, nec ad cura
tiones i quibusdam affectibus perinde vtili. Siquidem pterygium à sanitatis habitu alienum esse,
patere cuiuis arbitror: non tamen idem substantiæ ratione, quemadmodum atheroma & melice-
ris, est alienum: sanatio vero huius quoq;, dum paruum adhuc est & molle, per ea medicamenta,
quæ detergent, perficitur: cuius generis sunt, quæ trachomatica vocant: vbi magnum durumq;
euasit, chirurgiam postulat. Simili ratione & aquularum (quas Hydatidas vocant) quæ magnæ
sunt, chirurgia curabis: quæ paruæ sunt, siccantibus medicamentis iuuantur. At Chalazion (est. n.
id quoq; ex vitijs, quæ oculos infestant, vnum) cum toto genere alienum à natura sit, auferri postu
lat. Ad eundem modum & pus ab oculis, quos Hypopius vocant. Verum id plerunque medica-
mentis digeritur. Hypochyma vero iam incipiens digeritur: vbi diu constitit, non potest. Ætate
vero nostra ocularius quidam medicus, cui iusto nomen erat, etiam concussione capitis multos
hypopius sanauit. Collocans enim eos in sella rectos, ac capita eorum vtrinque à lateribus appre-
hendens, mox quatiebat adeo, vt manifeste descendere pus ipsi videremus. Manssit autem horum
pus deorsum propter grauitatem substantiæ, tametsi hypochymatis nequaquam manẽtibus, nisi
admodum ea quis diligenter impingi cogeret. Etenim leuius est, ac, vt ita quis assimilet, nebulæ G
similius hypochyma, quàm pus: quanq; horum quoq; ipsorum quædam (hypochymatum dico)
serosioris humoris sunt. Hæc autem punctione ad præsens discutiuntur: Interposito tamen haud
longo spatio, †{ceu limus quidam}deorsum fertur. At, quando pus, quod in oculis est, digerere
placet, collyrijs, quæ myrrham habent, maxime vtemur: quæ vtiq; & Diasmyrna Græci propriè
vocant: his certe minus, sed reliquis melius faciunt, quæ Dia libanu vocant. Quæ vero impense
siccant, ad præsens certe valenter vacuant, sed, quod reliquum est, ita cogũt, vt ægre resoluí possit:
veluti de scirrhosis tumoribus prius est comprehensum. Subinde vero multum simul puris vacua
uimus diuisa tunica ea, quæ cornu est specie, paulo supra locum, quo committuntur inter se tuni-
cæ vniuersæ. Nominant porrò locum græce alij irin, alij stephanon, id est coronam. Quo fit, vt hoc
quoq; vitium tribus subijciatur vacuandi modis, & chirurgiæ, quæ simul multum aut totum ex-
pellit: & per medicamenta, quæ paulatim: & ei, quæ ad alium ignobiliorem transfert locum, velu-
ti in concussione. Sunt profectò (vt dixi) ex genere eorum, quæ tota substantia præter naturam
sint, & ascarides, & helminthes, siue eæ teretes sint, siue etiam latę. Quocirca & prorsus eas expel-
li è corpore conuenit. Expelles autem, si prius enecaueris. Necabis autem amaris medica-
mentis. Viuentes nanq; obsistunt intestinis adhærentes: at mortuę expelluntur vnà H
cum stercore. Expelluntur cum hoc etiam viuę, sed stupefactę, et, vt ita quis dixe-
rit, semimortuæ factæ. At teretes quidem absinthium perimere potest: Latę
vehementiora medicamenta desiderant {cuiusmodi est filix:}
Parí modo, quæ ἄσηρις græce dicitur. Verum de medica-
mentorum copia dicere non est præsentis propositi. Quare hic iam huic quoque
libro finem impo-
namus.

Galeni

† Hoc i loco inter dictionem aliena, & logica codex quidá antiqsim⁹ græcus intercapedinẽ plurium versuũ habet, ĩ q̃ vox λείπει, q̃ deesse significat, legitur.

† Aſ. καθάπερ ὄξους τις λύς, ideſt ceu vini fex quædam.

GALENI DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM LIBRI DVO,

Nicolao Leoniceno interprete:

Ab Augustino Gadaldino ad antiquorum græcorum codicum fidem diligenter recogniti.

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet rationem curandi, febrium exemplo, quæ vel absque putredine, vel cum ipsa hominem inuaserint: Item propositis symptomatis, quæ frequentius aut vehementius lædunt.

De communi & propria hominum natura dignoscenda, ac ex quibus medendi via, ac ratio constituatur. CAP. 1.

C

Vòd quidem non communem tantum hominum naturã medicum cognoscere oportet, ò Glauco, sed & vniuscuiusque propriam, & dudum ab Hippocrate recte traditum est, & nos in ipsis artis operibus (vt nosti) circa id sufficienter studuimus. Non tamen propriam singulorum naturam æque atque communem possibile est scribere. Verum scripta contrario modo se operibus habẽt, tum in pluribus alijs rebus, tum præsertim in his, quæ ad præsentem pertinent intentionem. Petijsti enim à nobis, vt tibi vniuersalem quandam medendi viam ac rationem, quasi per figuram & quoddam compendium ostenderemus. hæc autem qualitate, & quantitate singulorum auxiliorum perficitur, necnon & modo eorum vsus, & temporis occasione, quæ præ omnibus est cognitu difficillima: circa quam præcipitem admodum existentem (quemadmodum quodam in loco etiam scribit omnium bonorum nobis author Hippocrates) vides plerunque medicos non modo vulgares, sed & præcellentes aberrare. Quin & quòd magni etiam momenti sit, si quantitas bona coniectura viribus accommodetur, idem vir pariter scripsit. Cum igitur ad recte medendum plurimum conferre, & temporis occasio, & auxiliorum quantitas videatur, (inuenies autem hæc vnicuiq; ęgrotanti propria) nihil autem proprium possit sermone explicari, hoc pacto, quod commune est, cogimur scri-
D bere, quamuis id sit vsu secundum. Nam & quosdam aliquando ægrotos vísimus, cum quibus dum sani essent, non eramus versati: quo fit, vt neque, quem colorem, quam habitudinem, aut natiuum calorem, aut quem arterìarum pulsum à natura habuerint, agnoscamus: quæ si sciremus, magnitudinem morbi satis aliquando iudicare possemus: nam, quantum vnumquodq; à naturali statu recedit, ad tantam morbus magnitudinem peruenit: quãtum vero recedit, solus ille scire potest, qui naturalem statum exquisite cognouerit. Cum igitur hoc in ipsis fuerit nobis ignotum, ne omnino hæsitemus, ad commune confugimus, quamuis ad vsum secundum locum obtineat: Hic vero artifex plus aliquid, quàm hi, qui arte carent, assequitur. Quid vero hoc ipsum plus sit, primus omnium, quos nouimus, & hoc memorauit Hippocrates. Plenius autem de hoc scripserunt, qui Hippocrate fuere posteriores, atque illius scripta accurate legerunt, ex quorum numero vnus fuit Mnesitheus Atheniensis, vir tum in alijs omnibus, quæ ad artem pertinent, sufficienter doctus: tum vero, qua via ac ratione medendi scientiam oporteat exercere, nemini peritia secundus. Hic igitur Mnesitheus à primis atq; supremis incipiens generibus, putauit secari illa oportere. Hic igitur Mnesitheus à primis atq; supremis incipiens generibus, putauit secari illa oportedus. Hic igitur Mnesitheus à primis atq; supremis incipiens generibus, putauit secari illa oportere in alia genera speciesq; & differentias: hæc rursus in alia diuidi, ac denuo ista eodem modo, donec ad talem peruenerimus speciem, post cuius diuisionem in vnum numero & indiuiduum deneraduersus. Mihi vero, qui ad te scribam, satis est breuibus meam explicasse sententiam. Nam ridi-

culus

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

culus videri posſem,ſi tua te velim docere,tanquam non multo antea à Platone illa didiceris:neq; E
enim vt te docerem,quam viam ac rationem in diuiſionibus ſectari oporteat,hæc volui meminiſſe,ſed quoniam mihi ad ſequentia omnia plurimum conducere exiſtimaui: &,cum à me exigeres ediſcere cauſam,ob quam medicorum plurimis aberrare contingit, non aliter tibi oſtendere poteram:Etenim,quæ in aliis hæreſibus contingunt errata,& quæ multi medici nunc in ægrotantium curatione delinquunt,hanc primam atque præcipuam cauſam habent, diuiſionis ſcilicet pra uitatem. Quidam enim in primis & ſupremis generibus ſtant,ſolum,quæ ab illis ſumuntur, indicationibus contenti:quidam vero vſq; ad aliquid diuidunt,non tamen vſq; ad finem perueniunt: non nulli vero etiam vitioſis vtuntur diuiſionibus. Qui vero & omnia,quæ ſunt ſecundum naturam,& quæ præter naturam,ad eiuſcemodi methodum reducit,atque ab omnibus his per diuiſionem inuentis ſufficientes ſumit indicationes: hic ſolus, quantum humanis permittitur viribus, medendo non errabit:atque illos quidem,quorum habet notitiam,melius curabit,quã alios: ignotos vero proxime illis,quoad fieri poterit,ad ſanitatem perducet. Siquis enim primum diſtinxerit eam,quæ ſecundum ætates,differentiam,deinceps autem eam, quæ ſecundum temperaturas atque potentias,cæteraq; omnia,quæ hominibus inſunt: colores dico, atque calores, habitudinesq;,pulſuum motiones,exercitia,aſſuetudines,atque animi mores,his quoque adiunxerit eam, F
quæ maris à fœmina, differentiam: &,quæcũq; ad regiones,& anni tempora perinde,aliasq; eius, qui nobis circunfunditur,aeris conſtitutiones recto modo diſtinxerit:hic ad propriam laborantis naturam agnoſcendam proxime accedet.Sed ex his omnibus non nulla quidem in libris de pulſibus:non nulla vero in his,in quibus agitur de temperaturis, ſunt determinata: Sicuti,quæ præter naturam ſunt,vniuerſa quomodo inter ſe & ſpeciebus,& generibus differant, in libro de paſſionibus eſt præfinitum.Nunc vero de his ſolum ægrotis dicere propoſuimus,quorum natura,antequam morbum contraherent,nobis erat exquiſite perſpecta:cum quibus tamen & reliqui omnes intelligentur,qui nobis erant ignoti.Nihil enim difficile ab eo,quod eſt perfecte diſtinctum, id, quod non tale eſt, inuenire.

De cauſis & ſignis febrium Ephemerarum. CAP. 2.

INitium igitur ſumemus â febribus: quoniam & tu in his præcipue curandi artificium habere cupiebas.Et primum quidem de his ſermonem habeamus,quæ ſimpliciſſimæ ſunt, quas Hippocrates ephemeras,id eſt diarias,appellat: hæ vero ſunt,quæ propter laſsitudinem eueniunt,& ebrietates,atque iras,furores,atque mœrores,atque alias animi curas vehementes.Et,quæ ex bu- G * οργὰς,
bonibus febres ortum habent,ex hoc genere ſunt,præterquam ſi abſque vlcere fiant manifeſto: tunc enim ſuſpicionem afferunt,& nullo modo mites ſunt. Et vigiliæ plerunque ſimplicem febrem induxerunt,ſicut frigefactio,& exuſtio quandoque. Atque hæ omnes febres ſoluuntur facillime. Oportet ſiquidem eos confeſtim ducere ad balneas, atque ad aliam conſuetam victus rationem: Quandoquidem,qui pertritum illum ſermone medicorum triduanum terminum admittunt,ſæpius acriores febres effecerunt,quãuis & aliter præterea delinquant: quemadmodum cernis ex eis plures in quolibet ingreſſu delinquere ita,vt manufactas planè faciant ægritudines. Sed cura quidem harum febrium in promptu eſt, ſed earum dignotio maiorem exigit diligentiam,de qua nemo ante nos,quantum oportuerit,ſcriptum reliquit:quare minus mirãdum complures tantum in medicinæ operibus aberrare,quantum etiam cognitione falluntur.Sæpius enim quidam ab initio caſu aliquo in graues morbos incidunt,veluti vino pleni, aut ſole exuſti, aut frigefacti,aut laſsitudine oppreſsi,aut vigilias paſsi,aut ira concitati,aut quauis alia cauſa,quæ per ſe nocere natura ſit apta,correpti:deinde totum in cauſa antecedente conſiſtere, neq; aliam ſubeſſe diſpoſitionem arbitrati,circa victum negligentius ſe habent adeo, vt ſe ipſos lateant in inſanabiles,aut ægre curationem admittentes morbos prolabi.Ob hæc igitur ante omnia curare oportet, H
quemadmodum etiam Hippocrates admonet,vt non ſolum futura præcognoſcamus,ſed præterita etiam atque præſentia.Nam,& quod nunc præponitur,ad eam artis attinet partem: quod pro viribus manifeſte trademus. Neque enim parua eſt differentia, ſi laueris iam ægrotantem, & ſecurum eſſe iuſſeris,aut eum per omnem cuſtodiam ſecuritatemq; traduxeris. Cum igitur ad ægrum accedes,primum à maximis,quæ circa ipſum ſunt,conſideratio incipienda, deinde & ab aliis,adeo vt nec minimum aliquod pro viribus omittamus: Nam vt magis aut minus ei, quæ fit ex maximis,indicationi credamus,ex aliorum fit adiunctione. Maxima quidem in omnibus febricitantibus ſigna,in pulſibus atq; vrinis conſiſtunt:His vero addere oportet,& quæcunque alia circa faciem Hippocrates ſcribit:accubitum quoque, & reſpirationem: item ea, quæ per ſuperiora vel inferiora excernuntur:Et ſiquid aliud accidens circa aliquam corporis partem, aut operationem conſiſtere videas(qualia ille mille in millibus ſcripſit) neque ex his vllum aliquod negligenter prætereas:hęc quidem omnibus febribus communia ſunt. Itaq; etiam in ſimpliciſsimis,de quibus præſens eſt ſermo, nihil horum relinquere oportet.At,poſtq; ex pulſibus atq; vrinis febris naturam perceperis:cum pulſus nullum inflammationis ſignum habuerit,neq; omnino inæqualitas in vna arteriæ cõpulſione apparuerit,aut ſi hoc affuerit,omnino ſit imbecille: vrinæ aũt oino ſimiles

* ὄθος.i. morẽ Aſ. εἶδος,id eſt ſpeciem.

A ſimiles his,quæ ſecundum naturam ſe habent,aut non multum à naturali ſtatu receſſerunt: tunc & ad omnia illa, quæ antea à nobis ſunt dicta,accedere oportet:Et,cum veluti chorus quidã omnia concinne loquuntur,tunc etiam fidere oportet,ac,ſi libeat, interrogare, nunquid aliqua manifeſta anteceſſerit cauſa.Siquid enim huiuſmodi æger fateatur, expectata prima febris ſolutione,ſtatim oportet lauare,cum tunc certior tibi ſit facta dignotio,& ex ipſo ſolutionis modo. Nam arteriarum motus in hoc in totum aſsimilatur ei,qui in ſanis deprehenditur: cum in nulla alia febre ad naturalem habitum reuertatur, neque ſi multum temporis inter primæ acceſsionis finem & ſecundæ principium intercidat,quemadmodum in tertianis atq; quartanis. In illis enim febris remanet ſignum:in ephemeris autem in totum aboletur acceſsione ceſſante: Plurimis vero earũ & humidi quidam vapores,& quibuſdam etiam ſudores optimi apparent: aut omnino quidam plurimus veluti vapor ex intimo corporis exit. Sed & vrinæ quoq; multo nunc meliores, quàm circa febris principia,videbuntur:Et,ſi capitis aut alterius partis dolor ſimul inuaſerit, neque hic amplius perſiſtet. Ægrotantis quoque in tolerando facilitas, magnum & ipſa ſignum, tanquam ſigillum quoddam,vltra omnia alia ſigna,febris bonitatem tibi indicabit.Et, ſi,dum lauantur,neque horror quidam inſolitus moleſtauerit, neq; alia triſtitia affuerit: &,ſi poſt balneum deinceps
B bene ſe habere perſeueret,tunc ne verearis cibum offerre. Vinum quoque ſine formidine ad potandum exhibe,adhibito tamen,vt præſentia exigunt,modo. Nos autem,vt te nõ laret,eis cauſam,quæ anteceſſerit,ſolemus dicere,neq; expectamus,vt illam ægrotus anticipet enarrare:quod maximum eſt argumentum,illum non errare,qui talem ſit adeptus facultatem.Si igitur remanentibus adhuc animi affectibus conſideratio habeatur, tunc ex pulſibus maxime tentanda dignotio,quemadmodum in libris de pulſibus ſcripſimus: poſt hos vero & ab aliis dignotio eſt petenda.Quòd ſi illi iam quidem ceſſauerint, remaneat autem diſpoſitio:paruum quidem ex pulſibus habebis indicium earum,quę febrem attulerunt,paſsionum:ſufficient autem tibi & ſine pulſibus reliqua. Communiter quidem omnibus vrinæ rufæ:Adiũgitur vero his, qui propter triſtitiam febricitant,acritudo potius,quàm abundantia caloris: quemadmodum è diuerſo his, qui propter furorem.Sed & extenuatio corporis in his,quos triſtitia, quàm in his, quos cura vexauit conſpectior exiſtit:oculorum præterea cauitas,ac quedam inconſueta decoloratio. hæc quidem ſunt & in aliis, qui quouis modo diu cogitarunt, communia. Maxime autem & ex oculis diſtinguere oportet:nam ex his etiam in ſanis animæ mores poſſumus conjectare.at in ęgrotis,ſiquis diligenter inſpicere queat,ſunt indicia certiora.Sic quidem eos, qui propter diſciplinas, aut contempla-
C tionem aliquam diu cogitarunt,ab his,quos triſtitia corripuit, diſcernere oportet. At eos, qui
* Aſ. ligatus. vigilarint,diſtinguit forma palloris:nam in ipſis facies eſt ſubtumens,& oculorum motus manifeſtus:vix enim palpebras attollunt:ineſt etiam palpebris humiditas. Nam, qui triſtantur,aut cogitationibus detinentur,his exiccantur. Cauitas vero eſt commune accidens omnibus, mœrori, vigiliis,cogitationibus,non tamen furori:in hoc enim neq; oculorum cauitas,neque pallor manifeſtus,& plus caloris,atque celerius ex imo prorumpit:neq; pulſuum magnitudo deſtruitur,quemadmodum in vigiliis,triſtitia,& cogitationibus. Quare hæc à furore apertiſsime diſtinguuntur: abinuicem vero,quemadmodum diximus antea. Eorum autem, qui ex laſsitudine in febrem inciderunt,cutis eſt ſiccior,quàm in alia aliqua ephemera febre:Sed hoc quidem omnibus ex laſsitudine febricitantibus commune exiſtit in tempore acceſsionis,donec conſiſtit: poſt hoc vero pluribus,modo non ſint ſupra modum labore vexati,quidam humidi vapores,aut calidus vapor ex intimo corpore effertur:quibuſdam vero,etiam poſtquam febris conſiſtere deſiit, ſiccitas perſeuerat: quod maxime accidit his,quos ſuperfluus labor oppreſsit,aut refrigeratis, aut à ſole exuſtis ſimul cum laſsitudine.Et quidem pulſus non eodem in vtriſque modo ſe habent, quia parui quidem his ſunt,quos ſuperfluus labor vexauit:in aliis vero magni. Quæ vero cute condenſa-
D ta accidunt febres(condenſatur autem hæc aut ex frigore,aut ex qualitate aliqua, quæ vim aſtringendi habet,† ſubito ei adueniente,velut illi,qui aqua alumĩoſa ſe lauit,accidit)hæ quidem ex
† Aſ. inſolita ei. omnibus febribus ſolæ ſunt aſtricta paſsio. Has vero tactu cognoſcere licet: quemadmodum & arentes febres,& quæ ex laſsitudinibus & exuſtionibus fiunt. Nam neque harum denſitas hos queat latere,qui tactum habent exercitatum.Sed & caloris motus neſcio quo pacto reſurgit, qui mitis quidem in primo tactu ſentitur: acris autem ſi pluſculum tardemus. Non tamen & his vrinæ ſunt rufæ,neque corporis moles concidit,neque etiam oculi cauí atque aridi fiunt: quoniam etiam quibuſdam humecti magis atque prominentes apparent,quàm hi,qui ſecundum naturam ſe habent.Neque ſunt pulſus minores, cuiuſmodi in mœroribus,curis, aut vigiliis, aut valde imodicis exercitijs apparent. Febres autem,quæ ex bubonibus fiunt,pulſus habent maximos, veloces, atque frequentes: multusq; illis calor ineſt:ac,poſtquam febris conſtiterit,ſtatim ex profundo quidam emergit humidus vapor,calidus quidem,ſed mitis:acrimonia enim & mordacitas minime omnium febrium,huic generi febrium adeſt:atq; vt plurimum facies rubicunda illis & magis tumens:vrinæq; ſubalbidæ. Communis autem omnibus huiuſmodi febribus eſt pulſus æqualitas:nam paucæ admodum ex his febribus eam,quę in vno ictu,inæqualitatem oſtendunt, & neq; ipſæ ſatis aperte ac manifeſte illam præ ſe ferunt. Talia quidem ſunt ipſarum indicia.

De curatione

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

De curatione febrium ephemerarum. CAP. 3. E

CVrare autem oportet omnes quidem balneis. At, qui ex denſitate cutis aut ex bubonibus febricitant, ſi in aere balnei īmorari iuſſeris, haudquaq̄ nocebis: reliquos oēs q̄ citiſſime oportet ab aere ſemouere: ſi vero diutius in aqua īmorari voluerint, permittēdum. Oleo autem tepido & multo & manibus mollibus perfricare quàm plurimū oportet, præcipue quidem, qui ex laſſitudine febricitant: ſecundo aūt loco, qui meatus habent aſtrictos: & tertio, qui ex bubonibus febrē incurrerūt: ſæpius aūt iſtos lauare oportet, in quantū contigerit. Cibū aūt aſſumere, qui ex laſſitudine febricitāt, poſſunt multoties, nō æque tñ, qui ex denſitate cutis, aut bubonibus febricitāt: at his vtriſq̄ tenuis victus eſt optimus: qui vero ex laſsitudine febrierint, præcipiendū eſt, vt cibos aſſumant cōcoqui faciles, ac cruditatē p̄cipue deuitēt. Sed et vinū potare, quantū poſſunt cōuincere, ſunt permittendi. Mēſuræ aūt ratio, quē admodū in aliȷs oībus, ex vīribus, & ętate ſumīt ægrotantis, necnon & ex naturali tēperatura, & præterea ex conſuetudine, & anni tēpore, & regione, atq̄ aliȷs huiuſmodi. Qui vero ex bubonibus febricitant, arcendi ſunt à vini potu, donec bubones ſoluantur. At, qui cutis foramina habent aſtricta, vel refrigerati ſunt, ſi non multum hoc affectu laborent, neq̄ plenū corpus habeant, non ſunt à vini potu prohibēdi: at, qui pleniore corpore ſunt, vel multum refrigerati, prohibere vtile eſt. Qui vero ex vigiliȷs aut aliquo animæ affectu febricitant, poſtq̄ balneaueris, cibo humectāte ac boni ſucci reficere expedit. Vinum vero ⸗oībus, ſed⸗ præcipue his, qui vigiliam paſsi ſunt, intrepide offerendum eſt, niſi capitis dolore p̄mantur, aut pulſum venaṭum in temporibus ſentiant. liquet aūt, q̄ etiā in aliȷs eadē obſeruāda ſunt. Sed & iȷs, qui ira, aut mœrore aliquo, aut cogitatione febricitāt, vinum eſt exhibendum: et qui furōre febricitant, qñ oīno ab affectu quieuerunt: prius vero non tutum eſt vti vino. Tētare aūt oportet & contrariū ſemp afferre ei, quod moleſtat: labori q̄dem, quietē: vigiliȷs vero, ſomnū: iræ autē, & furōri, atq̄ triſtitiæ, eā animi iocunditatem, quæ ex ſermonibus, actionibus, ſpectaculis, enarrationibus percipitur. Sic, qui cogitatione laborat, oīno ratiocinationes omittat: &, qui ex bubone febricitat, prius huius curationi intēdat, ac multo prius, vlceris vnde originē habuit. Hęc q̄dem febriū ephemerarum indicia atq̄ remedia ſufficienter ſe habeant. Reliquæ vero febres non nullæ ex inflāmationibus, nō nullæ ex humoribus accendunt̄: et, quę ex inflāmationibus fiūt, ſunt veluti quędā accidentia partiū phlegmone laborantiū: & morbus magna ex parte ab inſtrumento patiente denominatur phrenitis, aut peripneumonia, atq̄ pleuritis, aut aliquid tale. ſed de his poſtea dicemus.

De febribus putridis. CAP. 4.

AT, quæ ex humorū putredine febres accendunt̄, hoc ipſo nominant̄ febres, & ſunt non accidētia morborū, ſed ipſæ morbi. Ex his vero nōnullæ quidē ſunt ſine accidētibus, quæ & mitiſsimæ ſunt: quędā vero ſimul cū accidētibus infeſtant. Nos vero de prioribus dicamus febribus, quę accidētibus carēt: in q̄bus maxime, ſi fieri poſsit, primo die, qualis ſit febris, an acuta vel longi tēporis, eſt cognoſcenda: & vtrū ex his, quæ intermittentes dicunt̄, an continua. q̄ ſi primo ſtatim die fieri non pōt, ſecundo ſaltē formā inuenire eſt tentandū. q̄ ſi neq̄ in hoc aliquid firmū aut ſtabile ſciat̄, in tertio ſaltē aliquid manifeſtius apparebit: nā paucæ omnino ſunt, quę, vt exquiſite dignoſcant̄, quartum deſiderent. Ego vero, q̄ breuiſsime potero, indicia explicare tētabo, ex quibus ſpeciem febris intelliges: planius autem ac manifeſtius de omnibus alibi diſſeruimus. G

Signa febris tertianæ. CAP. 5.

QVæ igitur cum rigore inuadunt, non ab re ex earum numero eſſe iudicabis, quæ per circuitum infeſtant. Tertianæ enim atq̄ quartanæ in totum cum rigore faciunt acceſsiones. Sed tertianæ quidem in primo inſultu cum vehementi ſæpe rigore incipiunt: Quartanam vero non vidimus cum vehementi rigore incipientem, ſed poſt tēpus magnitudo illi ſuperuenit, præter id, q̄ neq̄ ſtatim ab initio hæc febris vt plurimum ſolet inuadere, ſed aliȷs, quæ anteceſſerint, ſubſequi. Quartana itaq̄ eas, quæ errabundæ aut erraticæ dicuntur, † inſequitur: Quotidiana vero raro aduenit, quin os ventriculi patiatur: quemadmodum quartana ex male affecto ſplene generatur: tertiana ex iecore laborante. Quæ quidem cum valido rigore incipit, magis febrē tertianā, quàm aliquā aliarum febrium, fore par eſt. Si vero & alia, quę poſtea dicentur, ſigna atteſtentur, hanc proculdubio in prima die tertianam eſſe cognoſces. Quòd ſi cum paruo rigore inceperit, tunc magis & alia ſigna attendere mente oportet: quoniam non quotidiana tantum atq̄ quartana, ſed etiam hemitriteus, id eſt ſemitertiana, aut aliqua alia ex continuis eſſe poteſt. Alia vero ſigna & ex caloris qualitate & quantitate, & arteriarum motu ſumunt̄, ex ipſa etiam rigoris, qui ſentitur, forma, & anni tempore, & regione, & temporis ſtatu, atq̄ ex natura & ætate ægrotātis, & ex præcedentibus cauſis, & his, quæ concomitantur. Nā calor quidem, multus & acris eſſe debet: Pulſus aūt magni, †⸗ac calidi,⸗ vehementes, veloces, atq̄ frequētes, omnis inequalitatis, præterquam febrilis, expertes: Rigor autem, veluti ſi à re aliqua acuta magis, quàm frigida, cutis pungeretur: cum hi, qui quartanam, aut quotidianam patiuntur, potius frigidum rigorem ſentiant: Tempus autem anni æſtiuum, ſicuti & locus, & præſens conſtitutio calida: ſit autem & ægrotantis natura calidior, biliоſior, & ætas iuuenilis: & exercitationes potius, quàm ocioſitas, anteceſſerint: magis deuſtio, quàm frigefactio: & parcitas cibi potius, quàm crapulę: vigilię quoq̄, mœrores, atque laſsitudines, H † quidam cod. addūt, propter phlegmæ

A laſsitudines, & intenſæ cogitationes ad eundem perducunt effectum. Quòd ſi multos aliȷs eodē tempore laborantes contigerit tertianis corripi febribus, hoc quoq̄ maximū præter ea, quæ nup̄ diximus, ſignum erit. Q̄ ſi, cum hæc omnia affuerint indicia, aut ſaltem, quę maxima ſunt, & lōge præcipua, ſitis quoq̄ vehemens adiungatur, vomitusq̄ bilis, aut ſudor, vel vtraq̄ ſuperuenerint, tunc etiam aperte manifeſta erit. Q̄ ſi poſt hæc à febre quieuerit homo, hac inquā, quę in ſuo motu eſt & oībus nota: propria vero febrium inequalitas in arteriarum motu relinquatur, tunc certiſſime poteris eſſe tertianā febrē enunciare, æque, ac ſi per tertium diē acceſſionem feciſſe vidiſſes.

Signa Quartanæ. CAP. 6.

QVartana autem (nam & huius ſigna tibi ſcribere oportet) manifeſtiſsimum ſui præbet indicium in principiȷs acceſsionum, quando rigent adhuc, qui quartana laborant. Nam eorum pulſus ſatis tardi ſunt ac rari. Cum autem conſiſtit febris, aut etiam augetur, neceſſe quidem eſt, vt veloces fiant atq̄ frequentes. Seruatur tamen & tunc propria ipſius tarditas ac raritas, ſi additam velocitatem atq̄ frequentiam acceſsioni, ratione perpendas. Etenim, ſi comparaueris quartanæ febris conſiſtentiam tertianæ conſiſtentiæ, non paulo velociores atque frequentiores in tertianis pulſus oſtendere arteriæ videbuntur: Et ipſius vnius motus inæqualitas in quar
B tana febre eius formam oſtendit: nam, quæ omnibus communis eſt febribus, in vno pulſu arteriæ inæqualitatem in hac manifeſtiſsime licet comprehendere: multo enim velocius principium finemq̄ motus inuenies, quàm medium. Non tamen in tertiana ita ſe habet: breuis etenim in ipſa eſt velocitatis exceſſus, atq̄ in conſiſtentia præſertim. Verum & caliditatis indicia diuerſo modo ſe habent: nam tertianarum calorem & æſtum & veluti feruorem, in quartanis haudquaquam inuenies. Hæc igitur ſigna maxima ſunt. Reliqua vero extrinſecus: nam neque hęc ſunt omittenda, ſed & ægrotantis natura eſt inſpicienda, ſi in ea atra bilis abundat: et tempus quoq̄ anni, ſi autumnus: & præſens conſtitutio, ſi inæqualis: ſic vero & loci natura, & morborum peruagantium populariter: & ſi lien intumuerit, febriſq̄ ſine ordine anteceſſerit, & ętas ſenior, quàm cōſiſtentium: & ſi cum ſudore febres deſinant. In his vero bilis flauæ vomitus minime eſt expectandus, quemadmodum nec in quotidianis: hoc enim tertianarum proprium eſt. At, cum febris ceſſauerit, ſi adhuc ſignum febris remanſerit: pulſusq̄ his, qui ſecundum naturam, rariores ac tardiores fuerint, quartana proculdubio erit huiuſmodi febris.

Signa quotidianæ. CAP. 7.

C FEbrem vero quotidianam vel ex his maxime ſignis agnoſces: nam eius caliditatem humidiorem cum quadam acritudine eſſe oportet, non, cum primum manus admouetur, confeſtim occurrentem, ſed per moram. nam quædam fumoſa caliditas cum multo vapore commiſta exire videbitur: cum magis ignis in multo humore ſuffocetur, quàm ipſum poſsit conuincere. Sed & his multo minores ſunt pulſus pulſibus quartanarum, quàm iſtarū pulſus pulſibus tertianarum. Rurſus vero tanto rariores ſunt in quotidianis pulſus his, qui in tertianis, quanto illis pulſus quartanarum: at tarditas in vtriſq̄ eodem modo ſe habet. Minus vero ſiticuloſa hęc febris eſt: tātumq̄ eam quartana excedit, quantum iſtam tertiana. Lingua vero & totum corpus ſiccisſimum eſt in tertianis: at in febribus his humidiſsimum. Et vomitus pituitoſi. Et, quæcunq̄ per ventrem excernuntur, frigidiora ſunt, atque humidiora, & crudiora, aquoſiora, & pituitoſiora. Vniuerſum corpus deniq̄ in hiſce febribus plenum crudis humoribus inuenitur. Ideoq̄ ętatibus, naturis, anniq̄ temporibus, & temperaturis humidioribus accidunt. Nam iuuenem biliоſa ac ſicca temperatura nunquam vidi huiuſcemodi corripi febre. Pueri autem, & maxime paruuli, & ex his, qui iam perfectum corpus habent, pituitoſi & habitus craſsi, atque ocio plurimo dediti, crapulis, ebrietatibus, balneis aſsiduis, poſt cibum præſertim, vtentes, à quotidianis facile capiuntur. Loca etiam humidiora, atque ex anni temporibus hybernum, atq̄ ex conſtitutionibus humidiores hanc præci-
D pue afferunt febrem. Quòd ſi ſit etiam populo communicata, tunc præter ea, quæ antea diximus, ſigna hoc quoq̄ non parum ad eam dignoſcendam conducit. Non tamen harum febrium declinationes, quemadmodum tertianarum & quartanarum, ſudoribus terminantur. Quare neq̄ ad integram quietem manifeſte (exceptis paucis) perueniunt. Vrinæ vero, quæ procedentibus ipſis aduenium, totius morbi tempora docent: quæ autem in principiȷs videntur, febris etiam ſpeciem indicabunt. Nam in quotidianis vel albæ ſunt & tenues, vel craſſæ & turbulentæ, vel rubidæ. In tertianis autem rufæ vel ſubrufæ. In quartanis vero variæ quidem, ſed crudæ omnes. Hæc quidem febrium intermittentium ſunt indicia.

* Al. et

Indicia febrium continuarum. CAP. 8.

FEbres autem continuas ex eo cognoſces, quòd nullum eis adeſt ex ſignis, quæ intermittentibus oportere adeſſe diximus. Et ſi citra etiam quatuor & vigínti horas non ceſſauerit febris. Si vero inæquale habuerint incrementum, hoc præter alia ſigna longius etiam tempus oſtendit. Et quidem ſi & proprium febrium ſignum in pulſibus manifeſtum habuerint. Si vero & inordinatio quædam, vel inæqualitas ipſis, vel inconcinnitas adſit, & hoc etiam indicium erit ſimul magnitudinis ac continuitatis. Si vero in hoc ſtatu permanentes, tertio die maiorē acceſsionem oſtenderint, aut excrementa & vrinæ omnino crudæ apparuerint, non poſſunt huiuſcemodi febres ad ſeptimum

† in antiqs qui buſdā hęc non leguntur.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ſeptimum diem iudicari. Si vero & quarta dies tertiæ diei ſimilis fuerit, & febris quodammodo E
ſubmerſa, neq; facies, aut reliquum corpus collabatur quicq̃: huiuſcemodi febris ad longius tempus extendi conſueuit. Tales quidem ſunt differentiæ earum febrium, quæ accidentibus carent. Curatio autem earum deinceps ſcribetur: primum quidem intermittentium, deinde cõtinuarum. Ex intermittentibus vero breuiſſima quidem ac mitiſſima eſt tertiana. Longiſſima aũt, ac, quantum in ipſa eſt, haud quaquam periculoſa, quartana. Quotidiana vero, longa, & nõ ſine periculo. Quare ab initio ſtatim ad vniuerſum ægritudinis tempus inſpicientes, rõnem victus inſtituemus. Nam ægritudinibus, quæ acutæ ſunt, ac celeriter ad ſtatum veniunt, & ſi valde tenuem victũ exhibueris, haud magnum afferes detrimentum. Quæ vero ſunt diuturniores, niſi ab initio grandiori cibo reficias, hominem cum morbo pariter perimes, aut intempeſtiue victus modum cõmutabis. Neq; enim oportet ſtatu aduentante grandiorem, q̃ prius, cibum offerre, ſed cõtra potius, tenuiſſimum victum, qui in toto morbo exhibeatur, ad ſtatum reſeruare. Hoc igitur in omnibus febribus cõmune præceptum. Sed oportet præterea, quæ ſingulis febribus intermittentibus propria ſunt, conſiderare. Veluti confeſtim in tertianis (neq;.n. male ab his initium ſumendum) primum diſtinguas, ſi exquiſita ſit febris, & (vt quiſpiam diceret) legitima: aut non exquiſita, ſed velut notha: nam, quæ exquiſita eſt, in ſeptem, quod longiſſimum eſt, circuitibus iudicatur, præter id, q̃ ẽt F
minime periculoſa eſt: Alteram vero, quę non eſt exquiſita, vidi qñq;, cum in autumno incepiſſet, in vere deſinere. Deinde vero, vt par eſt, in tempore adeo longo, tum quia ægrotus medici præceptis parere noluiſſet, ſed in aliquo deliquiſſet: tum qa ex hyeme læſus eſſet, lien valde intumuit, & præcordia flatibus ſunt oppleta, & iam ſubtumida quædam erat decoloratio in facie, ac præſertim circa crura: adeo vt nobis de iuuene dubitare contigerit, ac maioribus vti remedijs fuerit neceſſarium. Sic igitur nihil ſimile habet huiuſcemodi tertiana cum exquiſita. Quare & ab initio eas diſtinguere oportet. quantum enim natura differũt, tantum rationabile eſt rationem victus permutare. Vt igitur eas optime ſciamus diſtinguere, quę adoleſcẽti acciderint, mihi ſat erit ſcribere: quę, veluti quoddam exemplum ac monumenta, tibi futura ſunt earum, quæ non exquiſitæ tertianæ ſunt. Erat tempus anni medium inter occaſum pleiadum & æquinoctium antecedens: inceperat aũt febris cum horrore adoleſcenti circa aurorã ferè, vt neq; in caliditate ſimilis tertianæ videretur, neq; in pulſibus. ſed neq; vomitus bilis ſubſecutus eſt, neque ſudor ſufficiens, præterq̃ qp in die ſecundo tantũmodo circa horam tertiam quidam pauci humidi vapores exierunt: ex quibus febris quidem tranſpirabat, at ita pedetentim, vt vix circa veſperam expers febris videreẽ. nam febris ſignum ſatis manifeſtum in pulſibus manſerat: in reliquis vero circa veſperas ſatis bene ſe ha- G
bebat, & per totam pariter noctẽ. Rurſus vero circa tertię diei auroram ſecunda acceſsio facta eſt, omnino, præterq̃ in tempore, ſimilis primę: nam nocte ſuperueniente paululũ ante diem vapores humidi exhalarũt, ac circa quartæ diei aurorã febris ceſſauit. Ac reliquo deinceps autũni tempore atq; hyemis, quo ęgrotauit, alia oĩa & hora acceſsionis & ſolutionis febris eundem modũ ſeruauerunt. Agebat aũt adoleſcens circiter decimũoctauũ ætatis annũ, albus aſpectu, & pinguis, qui ſæpius ante in ocio degerat, & crapulis balneisq; plurimis & repletionibus vſus erat: quare neq; bene cibos cõcoquebat. ſimul aũt aduenit ei durus pulſus, in prima quidem die atq; ſecunda mediocriter: in tertia aũt & quarta atq; ſequẽtibus vſq; ad ſeptimã, ad tantam peruenit duritiem, vt quiſpiam, qui ſoli crederet pulſui, multorũ fore menſium ægritudinem iudicaret. talis aũt perdurauit vſq; ad vernũ æquinoctium, in quo cœpit molleſcere. & rurſus poſtea quadrageſimo die omnino æger à tertiana eſt liberatus, tendente paulatim ad mollitiem pulſu, ac minore quotidie fiente acceſsione, vrinisq; bonam habentibus ſubſidentiam: etenim hę quoq; in priore tẽpore erant admodum crudæ. Talis quidem eſt tertiana, quæ alteri exquiſitæ maxime contraria exiſtit. Reliquas vero intermedias haud numero paucas, ex extremis determinatis haud difficulter inuenies. Quę.n. in principio ſermonis tertianarum febrium indicia ſcripſimus, ſi omnia affuerint, exquiſitam red- H
dunt tertianã: cuius acceſsionis tempus breue eſt, quatuor nimirũ horarũ, aut quinq̃, aut ſex, aut (quod longiſsimum eſt) vndecim, aut duodecim. Huiuſcemodi præterea febrium vrinæ tertio die, aut ad ſummũ quarto coctionis ſignum oſtendunt. Hoc pacto quidem exquiſitã aut non exquiſitã tertianã cognoſces: eadẽ quoq; rõne & quartanã & quotidianã. Cui.n. oĩa inſunt indicia, quæ in quartanis febribus antea ſcripſimus, hæc vera atq; exquiſita quartana eſt: cui vero miníme, ſpuria eſt, & nequaq̃ exquiſita: & quotidiana quoq;, cui oĩa, quæ diximus, inſunt, exquiſita eſt: cui aũt non, non exquiſita. Non igitur ſicuti exquiſitæ quotidianæ & quartanæ, ita ẽt non exquiſitę, ſunt diuturnæ, ſed, quemadmodũ exquiſita tertiana breuis eſt temporis, ſic & quartana & quotidiana exqſitę, diuturni. Hæc qdẽ in his, q̃ per circuitũ quendã febricitant, oportet cõſiderare. In aliis aũt febricitantibus vrinas atq; excremẽta atq; vniuerſum corporis habitũ inſpicere oportet: calorem quoq;, atq; arteriarũ motũ, & quæcunq; alia præter hæc Hippocrates, & longus vſus inſpicere iubent, veluti regiones, anni tẽpora, cõſtitutiones, & ætates, corporũ tẽperaturas, conſuetudines, & cauſas antecedentes, & quæ ſimul cũ morbis inuadunt, & quæ in medio tẽpore apparent. Iam totũ, vt cuiq; videatur, admonitũ eſt, non tñ re vera ita ſe habet: nã quoddam maximum ẽt inter hęc oĩa, breue tamen dictu, nondum ſcriptũ eſt. Quid vero hoc eſt? morbi quãtitas ac virium, res, quæ

ad eam

A ad eam explicandam vno indiget verbo, ad vſum vero permagna: neque enim bene prænoſcere poſſumus, niſi horum ſingulorum magnitudinem diligẽter penſitemus. Nam, vtrum morbus ſit exitialis, an non: & qñ magis debeat mori, aut ſanitati ægrotus reſtitui, niſi omniũ, quæ diximus, quantitatẽ diligẽtius animaduertẽs, ad duo redegeris capita, ad ipſius. ſ. morbi magnitudinem, & ægroti vires, nõ poteris vere prænoſcere. Nam, ſi vires adeo validæ fuerint, vt poſſint morbum ſuperare, neceſſe eſt ægrotum euadere: ſi vero contra, omnino morietur. Non igitur ſolum inſpicias, qualis ſit morbi ſpecies ac forma, ſed & eius magnitudinem aduerte. Nõ paruam autem hoc exigit experiẽtiam, tum alias ob cauſas, tum quia neque ſcribi, neque oĩno ſermone edoceri ſingulorum quãtitas poteſt. †Et, ſiquid in nobis eſt, ex nulla re adeo poſſumus ad exquiſitam peruenire notitiam, quantum ex crebra exercitatione circa quantitatis coniecturam. hoc quidẽ in ipſis operibus & diſcere & docere poſſibile eſt: quæcunque vero in qualitate determinantur, hæc diligenter ac manifeſte, q̃ breuibus poterimus verbis tranſigemus.

†Aſ. Et ſi id, qđ noſtrum eſt, aliquid forte ẽ, ex nulla alia re ad tãtum pfectionis venit, quã ex crebra &c.

Tertianæ exquiſitæ febris curatio. CAP. 9.

EXquiſitam ergo tertianam, vt quæ ex flaua bile cõmota inualeſcat, quãto magis fieri poteſt, refrigerare oportet ac humectare: nam contrariorum contraria remedia ſunt, quæ quidem B quod ſuperfluum eſt, reprimant: quod vero deficit, ſuppleant. At flauæ bilis humor inter oẽs, qui in corpore ſunt, humores ſicciſſimus calidiſſimusq; exiſtit. Hũc igitur, cũ ad ventriculum repit, per vomitũ educere oportet: cũ vero vergit ad inferiora, per inferiorẽ excretionẽ: hoc quidem & ſponte fieri ſolet in tertianis exgſitis. Per vrinam quoq; & ſudores oportet diuertere. † Iuuat autẽ & per inferiores partes bilis expurgatio. Venter aũt mollibus clyſteribus exinaniẽdus eſt. Vrina vero potionibus, in quibus apium aut anethum maduerunt, prouocanda. Et, ſi tibi coctionis ſigna monſtrantur, iam cum fiducia abſtinthium potes exhibere: quod alioquin ſummum eſt remedium mordicationum ſtomachi, quæ à bile proueniunt, ſi præſertim ex ipſius coma, quantũ ſufficiat, accipiẽs melicrato intinxeris. Balnea vero calida ex aqua potabili proſunt, tum quia aliquid bilis educunt, tum ẽt quia ſua qualitate plurimum iuuant: nã huiuſcemodi oĩa balnea humectãt, ac potentia refrigerant: Marinæ aũt aquæ & ſalſæ, nitroſæ atque ſulphureæ plus quidẽ bilis educunt, ſed multo minus, q̃ potabiles, proſunt. Præſtat vero neq; ipſas vtiles dicere, quandoquidem plus qualitate nocent, q̃ euacuationibus iuuent. Equidem noui quendam corrupto iudicio hiſce balneis vti perſuaſum, deinde extenuato corporis habitu ad tãtam veniſſe pernicię, vt tabe conſumptus interierit: reliqua vero victus ratio† {ad bilem etiã excernendã} exhibita fuerat. Semp

†Aſ. Iuuat. n. & per has partes (vrinam. ſ. & ſudorem) bilis expurgatio.

†In aliqbus co. Græc. legitur. πρὸς τὴν γένεσιν τῆς χολῆς. .i. ad generationem bilis.

C autem oportet contrarias qualitates illis, quæ præter naturã inualuerint, opponere: cum hoc multo plus iuuet, q̃ quomodolibet euacuare. ſed neque hoc ipſe nouerat, neque alio docẽte didicerat. Hæc igitur in balneis intentio ſit, vt corpus madeat atq; humectetur, atq; iccirco neq; nitrũ, neq; ſal, neque ſinapi inſpergere oportet, (quod genus mali cõplures ęgrotis afferre vidẽt) † at plurimum olei calidi infundentes ad aquã perducere ac madefacere: &, ſi in ea natare voluerint, quantum id facere poſſunt, permittendum. At, qui balneis admodũ delectantur, ſi etiam bis in die lauari permiſeris, non aberrabis: ſed illud ſemper habeto in memoria, vt in tẽpore id faciant. Si vero etiam coctionis ſigna oſtendantur, tunc, etiam ſi ſæpius laueris, nihil deliqueris. A vino vero ante, q̃ morbus concoquatur, omnino abſtinendum: at, vbi concoqui ceperit, dãdum eſt ab initio tenue, aquoſum, & paucum: vbi vero iam propè eſt, vt morbus ſoluatur, amplius eſt offerendum. Cibi aũt, quicũque humectant atque refrigerãt, oẽs vtiles ſunt exquiſitis tertianis: quantitas vero in ipſis ſit tanta, quanta optime concoqui poſſit. Ex oleribus quidẽ attriplex, blitum, lapathum, & malua, & lactuca, & cucurbita: ex aliis vero & ptiſſanę ſuccus, & ex alica ſorbitiões: & ex piſcibus, ſaxatiles: Ex volatilibus aũt, quæ mollibus conſtant carnibus: quę aũt talia non ſunt, eorum alę: teſticuli quoque gallorũ: & ſuũ pedes, & cerebra: paruorum vero ſi etiam dederis carnẽ lique

D factam, nihil nocebis: ſed & oua ad ſorbendum ſunt concedenda, & præſertim vitelli eorũ: nam hi facilius, q̃ pars alba, concoquũtur. Ex fructibus aũt permittendum eſt, vt illos deguſtẽt, q nõ ſunt omnino difficiles concoqui: oportet autẽ abſtinere à melle, ſinapi, & ſalitis, atque oibus acribus, & à vinis & ſatis vetuſtis, & quę natura ſunt calida. Hæc quidem ſit victus ratio in pluribus veluti ad coniecturam expoſita. Qui vero non ſunt delicioſi, his talis victus eſt inſtituẽdus, qualẽ noſti me aliquando inſtituiſſe in exquiſita tertiana ſecundum ſermonem Hippocratis, ex ſucco ptiſſanæ vſq; ad criſim. Hæc quidem in exquiſitis tertianis ſeruare oportet.

Tertianæ nothæ curatio. CAP. 10.

IN his vero, quæ non exquiſitæ ſunt, prouidendum eſt pro viribus, ne morbus augeatur, ne've ægrotantis vires proſternantur, quę longiori tempore debent laborare. Difficile vero eſt ſeruare vtrunque, quoniam inediæ quidem, quantũ proſunt ad morbi coctionem, tñ vel etiã amplius officiunt viribus. Cibi vero, quantum ægroti robur adaugent, tñ coctiones impediunt. Sed & id quoque noſcere opus eſt, ad quãtam magnitudinem peruenĩat morbus, ac quantæ ſint ægroti vires: vt ad ea, q̃ maius auxiliũ expoſcũt, inſpiciens, inedia quidẽ in valẽtioribus audacius vtaris viribus, & morbo coctu difficili: largiori aũt cibo, vbi vires ſunt debiliores, neq; morbus admodum concoqui cõtumax. Hæc quidẽ & in omnibus aliis morbis conſiderare oportet. In tertianis

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

vero non exquisitis,neq; statim circa initia balneare expedit, sed cum iam coctionis signa apparuerint:neq; quotidie cibum oportet exhibere,sed satis est alternis diebus. Quies vero & calefactio circa præcordia iuuant,& sorbitiones concoqui faciles, & clysteres non admodum molles. Quòd si sanguinẽ mittere oporteat,neq; hoc quoq; omittendũ,sed ab initio statim adhibita earũ rerum,quas scis, distinctione tm̃ mittendum,quantum præsens exigit status. Sit aũt totius victus ratio,non quæ humectet atq; refrigeret vniuersum corpus, qualis in exquisitis exhibetur tertianis,sed & aliquem modum assumat ad calefaciẽdum, atq; incidendũ. Plurimum igitur eos iuuat ptissanę succus,pipere adiecto: vel etiam hyssopum, vel origanum, vel spicam nardi mulsa aqua infundens & decoquens ad bibendum propina,& quęcunq; alia,quæ cient vrinam,præterquam illa,quæ supra modum calefaciunt atq; exiccant: maxime vero post diem septimam danda est iugiter absinthij coma. Et quidem oxymeli potione plurimos iuuat:& aliquid ex his, quæ molliter ventrem subducunt,quibus me assidue vti nouisti. Vomitus autem post cibum adeo his, quibus hæc febris perduraverit,vtilis est,vt multos sciam solis vomitibus statim prorsus fuisse curatos.

Quartanarum curatio. CAP. 11.

DEinceps de quartanis dicemus, quas etiam ipsas ab initio mediocriter ac leniter tractare oportet, nullum forte medicamen aut euacuationem exhibẽtes,nisi forte sanguis vehemẽter superabundãs appareat. Et, si vena incisa is,qui fluit,niger videatur ac crassus(præcipue vero in his,qui liene laborant,huiuscemodi visitur)audacius mittendus est:q; si flauus aut tenuis apparuerit,statim supprimendus. Venam vero secare oportet vel interiorem,aut eam, quæ est in sinistro cubito,mediam. Et victũ deinceps instituere minime flatuosum,& optimum: Ventrẽ,quantum possibile est,mollem facientes his,quæ vsitata sunt: Quòd si hæc nihil proficiant, clysteribus vtendum est,à principio quidem mollibus,postmodum vero acrioribus. Arcẽdi sunt autem à carnibus porcorum,atq; ab omnibus edulijs,quæ tenacia sunt,& tardum habent exitum, ac quæ refrigerant exiccãtq; corpus. Vino vero vtendũ est albo ac tenui,ac mediocriter calido:& volatilibus,quæ boni succi sunt,& non in paludibus degunt. Pisces autem adhibendi concoqui faciles, mollibus carnibus nihil tenax habentibus præditi. Vtendum est autem salsis,& sinapi: Et certis diebus id medicamen,quod dia trion pepereon vocatur,vel quod dioſpoliticum,est assumẽdum: &, si quotidie piper tantum cum aqua biberent,recte etiam facerent. A frictionibus autem, & ambulationibus,& balneis,atq; aljs vsitatis non sunt penitus prohibendi. Et, si omnino possent à balneis abstinere,solis cõtenti frictionibus,q̃plurimum ex eo iuuamen admitterent. Et,si quartana febris breuis sit,neq; admodũ violenta,nihil nocuerit,si diebus interiectis ad consueta exercitia se transferant. Hæc quidem ab initio & vsq; ad statum sunt peragẽda. Si vero in statu morbi præcipue ægrotus esse videatur,tunc subtilioris victus ratio est adhibenda, q̃ ante vel postea. Statim vero præcipiendum est,vt diu conquiescat,ac visceribus prouidendum vngendo atq; emplastrando ijs,quæ mollire ac laxare possint:deinde medicamentis vtendum, quæ ciẽdi vrinam vim habent. Et,si coctionis morbi indicia apparuerint,tũc purgare oportet ijs,quæ humores atros exinaniendi vim habent,non semel tantum,sed sæpius,si fuerit necessarium. Vtendum autem & vomitibus post cibum tunc continue:&, si nihil prohibuerit,elleborum album est exhibendum,primum quidem pẽrmistum radiculis:q; si nihil fecerit,elleborum ipsum. Qui vero nequeunt euomere,hi per inferiora valentius sunt purgandi,& his postea medicamen confectum ex viperis in potu dandum,& alia,quæ ad huiuscemodi febres commendantur,ex quibus est & illud nobis familiare præ cæteris laudatissimum,quod succum cyrenaicum recipit. Quicunq; vero ab initio aliquod ex his medicamentis exhibuerunt,aut omnino ante statum,quartanam, quæ erat simplex, sæpius fecerunt duplicem,aut omnino maiorem ac difficiliorẽ: ex duplici autẽ triplicem, aut omnino ambas difficiliores maioresq; reddiderũt. Noui autem medicum, qui ausus est homini, qui triplici quartana laborabat,medicamen ex viperis exhibere, quando nondum morbus in statu esset,deinde(vt par est)auctis omnibus,febris continua subsecuta hominem occidit.

Quotidianæ curatio. CAP. 12.

QVotidianam autem cũ volueris curare,vtere oxymelite,†{post primos dies,}& illis, quæ possunt vrinam valide ciere:& vniuersum totius victus caput sit ad incidẽdum efficacius. Circa statum vero, de ventriculo est habenda solicitudo,ac de eius ore præsertim: deinceps iubendum est,vt post radiculas & cibos assumptos euomant:his etiã, quæ pituitã subducũt, vtendum. Reliquam vero victus rationem ad communes intentiones inspiciens inuenies.

Curatio febrium continuarum,quæ carent accidentibus. CAP. 13.

COntinuas autem febres, quibus quidem status morbi non vltra septimam futurus est,& vires validæ sunt,atq; ætas præterea consentit, his quidem admodum exquisitus & tenuis victus est instituendus. Quibus vero vel status totius morbi vltra septimam,vel vires inualidæ, hi ab initio solidiori cibo sunt reficiendi:prope vero statum,tenuiori. Cum autẽ iam adest status,tenuissimum victum seruare oportet:deinde rursus assidue solidiorem,ac simile augmentum efficere illi,quod ante statũ fiebat,decremẽto. Sanguinẽ vero mittere oportet & ob morbi magnitudinem:& quibus rubor multo plus, q̃ naturæ cõueniat,& maior,q̃,p consuetudine,totius corporis

* Codices græci prę si & manuscripti oẽs, Oribasius, Paulus, Aetius, & Trallian⁹ ĩhoc Galenũ reprehendens, legũt humectant. Vide Stephanũ Athe. quo hũc locũ explanet.

* Al'.infixum.

† Al'.primis diebus.

Aris tumor,& venæ eminentes atq; extensæ, his omnibus est auferendus, nisi vires, aut ætas, aut aliquid eorum,quæ supra commemorauimus,prohibuerint. Quòd vero humidus victus in febribus acutis omnibus iuuat, dudum recte dictum est. Succum igitur ptissanæ his, quibus non acescit,exhibere oportet:& melicratum, quibus non bilescit:& sorbitiones ex alica,& panẽ ex aqua, & quæcunq; alia eandem,aut simílem vim habent. In his vero,quæ præter modũ calidæ & æstuosæ sunt,cum primum videris coctionis signa, tunc audacter aquam frigidam potandam exhibe: Modus vero in quantitate seruetur,quemadmodum tempus anni,regio,ætas, & natura, & consuetudo etiam exposcit. Talis quidem est,vt in vniuersum dicam,febrium, quæ accidentibus carent,curandarum ratio.

Febrium,quæ cum accidentibus affligunt,curatio. CAP. 14.

QVæ vero cum accidentibus sunt, non æque simplicem exigunt curationem, at pro viribus metiendum est,quanta sit febris,'quantum've ex accidentibus periculum immineat, atque ad id,quod vehementius ac difficilius est,intendendum,non posthabita omnino etiam alterius cura. Age enim siquis febricitet,†{& ad sit} plethorica dispositio,verum ex recentibus cruditatibus sit,ac morsum sentiat afflictumq; os ventriculi: vel si etiam humorem aliquem malum euomuerit,& in huius transitu non parum fuerit offensus, adeo vt grauiter se habeat atq; anxie: Nunquid hic ad febrem respicientes,solam multitudinem euacuare tentabimus, (quod alioquin sine molestia faceremus,)an prius ori ventriculi prouidebimus,ac deinde,post q̃ circa hoc bene se habuerit,quam contigerit, totius corporis euacuationem faciemus? Mihi quidem ita agendum videtur. Multos itaq; sæpius vidi,qui ita affecti erant, quosdam interijsse, non nullos ad extremum periculum fuisse perductos,cum medici eos euacuare tentassent,antequam os ventriculi corroborassent. Sed neq;, si fuerit febris cum profluuio ventris,alia est opus euacuatione: verum hæc sola sufficit,quamuis non sit pro multitudinis ratione. quicunq; enim his plus adimere fore necessarium putantes,aut sanguinem mittere,aut ventrem mouere tentauerunt, in grauiora pericula duxerunt. Sed neq;, siquis simul & distẽtione neruorum laborauerit,& sanguinis egerit missione: huic tantum semel mittere oportet, quantum exigit mõrbus: sed aliquid etiam accidenti est relinquendum:cuius causa sæpe sudores eueniunt, & vigiliæ molestant, & vires ægroti debilitantur. Ita etiam,si vehementissimæ vigiliæ aut dolor intensus ægrotum infestant,cauendæ sub subitæ ac multæ euacuationes. Ipsa præterea ambientis aeris temperatura,loco accidentis cuiusdam habenda, quãdo exquisite calida ac sicca fuerit,†{qualis est tempore medio}inter Canis ortum & Arcturi. Atq; ideo omnes, quibus medici nihil omnino de temporum statu cogitantes, sanguinem abstulerunt,interierunt. Si etiam valde frigida fuerit, tunc quidem sanguinem mittere est formidandum: cum non ignoremus non parua ex similibus sequi pericula. Interierunt autem non nulli, qui in calidis admodum constitutionibus non recte euacuati sunt,ex syncopa vocata,& dissolutione: in frigidis vero, cum accessiones incipiunt, nimium refrigerati non amplius releuantur. Ob hæc igitur neque in locis supra modum calidis aut frigidis sanguinem mittere audemus. sed, si regio ipsa & temporis status consentiunt, omnino abstinemus: cum vero non consentiunt, euacuamus quidem, sed multo minus, quàm si neutrum prohiberet. Tanquam etiam accidens quoddam, ægrotantis ad patiendum facilitatem considerare est necessarium: multi enim †{neq; vnquam sunt euacuati,} neq; euacuationẽ vllam integram,aut inediam longam possunt perferre: sed alij quidem ex his in omnimodam corporis imbecillitatem facile incidunt: quidã vero statim os ventriculi male affectũ habent, adeo vt cibos abhorreant: quòd si eos cogantur assumere, aut non retinent, aut male concoquunt. In hac dignotionis parte etiam ægrotantis temperaturam contemplari oportet: quicunque enim calidi & sicci natura sunt, hi omnes facile ab integris euacuationibus offendũtur. Et consuetudo quoq; non parui momenti est tum ad omnia alia, tum præcipue ad euacuationis indicationẽ: † quidã. nunq̃ antea fuere euacuati, neq; vnq̃ euacuationem integram pertulerũt, & multis cibis vsi sunt: non nulli contra, neq; multis cibis vsi fuerunt, & euacuationibus sunt assueti. hos igitur intrepide euacuare oportet, quando & reliqua etiam consentiunt, cæteros vero (nempe insolitos) nec si omnia alia id suaserint. Eodem pariter modo & corporis habitus cõsiderare oportet: nam, qui densa & solida carne constant, his habitus haudquaquam facilis pati. quare non oportet vereri ipsos euacuare ex toto, si quidem & alia id iubent: sed qui mollem,& humectam, & diffluentem habent carnem, hi mirum in modum sunt ad patiendum habiles. quare,& si reliqua omnia sanguinem esse minuendum persuadent, non tamen id facere audendum est: sed & alijs euacuationibus,quantum moderate & caute fieri potest, vtendum est. eodem modo,& quicunque sutiones pra modum crassi sunt aut macilenti: nam & his venam incidere cauendum est, aliasq; euacutiones integras vereri oportet. His etiã & ætas annumeranda est veluti accidens quoddam, quod prohibendi integram vacuationem vim habet: neq;, n. pueri, neq; seniores hanc sine noxa tolerant. Hosce igitur oẽs, quos diximus, vbi dispositiones hortentur, non semel, neq; ex toto, sed paulatim oportet euacuare inedijs moderatis,& frictionibus, & clysteribus mollibus, humectationibusq;,

† al'.legitur, nõ adsit.

*Al'.multitudo

† Multi codic. græci legunt. καθάπερ πῶτε ἐγένετο ἐν τῷ μεταξὺ &c.i. qualis hoc anno fuit tẽpore medio &c.

† In qbusdã codic. græcis hæc non habentur.

† Manuscripti tamẽ quidã codices habent. quidam.n. nec vnquã euacuationem ĩtegrã pertulerunt, & multis cibis vsi sunt &c. Sũt ẽt codices, qui habeant. quidam n. nec vnquam euacuationẽ in tegrã pertulerũt, nec multis cibis sunt vsi, q dam contra, & multis vtuntur cibis, & euacuatiõibus sunt assueti.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico